




Wiener Stadt-Bibliothek.

6076

B









HERMES SCHALLAVTZER .D. FERD:  
I. ROM: IMP: CONSILIA: ET EIUSDEM AED:  
FICIORVM PRÆF: NATVS ANNOS LVII ~





ДЛЯ ПОДГОТОВКИ К ВЫСТАВКЕ  
САМЫХ ИЗДАНИЙ  
СОВЕТСКОЙ АВТОРСКОЙ  
БИБЛИОГРАФИИ

D. XII. C. 52.

Def.

EXEMPLA ALI-  
quot S. vetustatis Rom. in  
SAXIS QVIBVSDAM, OPERA NOBI-  
LIS VIRI, D. HERMETIS SCHALLAV-  
CERI, CAES. MAIESTATIS CONSIL. ET ARCHI-  
TECTURÆ PRÆFECTI, HIC VIENNÆ ERUTIS, VNÀ CUM IN-  
TERPRETATIONE WOLFGANGI LAZIJ MED:  
& HISTORICI.

Bibliotheca Archid. Ferdinandi.



VIENNÆ AVSTRIÆ excu-  
debat Raphael Hofhalter.

ANNO M. D. LX.

Ex Bibliotheca Archid. Ferdinandi.

PAVLI FABRICII  
CÆSARIS MATHEMAT: EPIGRAM-  
MA IN FACIEM HERMETIS SCHALLAUCZERI, CAES:  
Consil. & Architecti primarij, viri optimè meriti.

HIS tibi posteritas pinguntur sera tabellis,  
Ora Schalauczeri conspicienda senis.  
Grata solet vultus pictura nepotibus esse,  
Hinc quia post summos viuit imago rogos.  
Ingenium potior tamen est spectare voluptas,  
Sed non artificis pingitur illud ope.  
Ingenium ergo refert tantum post funera virtus,  
Hac quis ut antè fuit viuere deinde solet.  
Sic faciem præter pictam virtusq; fidesq;  
Posse Schallauczerum non voluere mori.  
Inspice Pannonias & moenia vasta Viennæ  
Huius enim in cunctis sunt monumenta locis.

Aliud Petri Pagani  
POETAE LAUREATI.

HEC Schalauczeri referens pictura figuram,  
Exteriora notat, nobilia regit.  
Viua quidem viui faciem præsentat imago,  
At nulla mentis pingitur arte decus.  
Est animo maior, maior pietate fideq;  
Quam cuius referat parua tabella typum.  
Sit satis hic veros igitur cognoscere vultus  
Testes ingenij mille sagacis habet.



# Ad maiorum Imaginibus

LOCOQ. ORNATISS. VIRVM D. HER-  
METEM SCHALLAVCZER INVICTISS. R. O. IMP.

Consil. & Architecturæ præfectum auuncu-  
lum suum obseruandiss.

PRÆFATIO WOLFGANGI LAZII VIENNEN.  
eiusdem Maiest. Consil. & Historici.

**R**omanis rerum quondam Domini, quæ corona donare solebant, qui Ciuem Rom. ab interitu vendicassent, ut suos non solum ad virtutem accenderent, verum etiam ad eos seruandos ab iniuria qui virtutes colerent, adhortarentur atq; excitarent. Hoc tibi auuncule ornatissime, ornamenti genus tribuendum hoc deploratissimo sèculo tanto quidem magis existimo, quanto honesta studia & bonarum literarum cultus ac superiorū sèculorum res gestæ sepultæ alta caligine iacent, ut etsi tales quotidianie se offerant, nullus tamen sit, qui in harum inquisitionem incumbat, quæ ad historias veterum intelligendas, magna adminicula præberent. Etsi autem pauci admodum sunt, qui hæc studia amplectuntur, hi tamen & negliguntur passim, & cum neq; autoritate neq; sumptu præstant, deponere cogitationes suas longe vtilissimas coguntur. Quo rectius tu quidem mihi auuncule facere visideris, qui in tanta feriatione optimi cuiusq; huiusmodi consilia cum vtilitate publica coniuncta suscipis, & quod hi qui literis æque ac opibus præstant facere deberent, tu macte animi heros, quasi alter Petilius magno cum fœnore perficis, dum eorum titulos, qui Rom. in Repub. militari industria quondam hisce finibus secus Danubium emicuere, qui vel in cippis vel coenotaphijs post tot sèculorum iniurias urbiumq; subuersiones terra obruti & quasi sepulti fuere, difficulti labore eru-  
is, adseruas & ad communem usum historiæ euulgas. Lau-  
datur publice Augustus Imp. quod diuinos Maronis lib. Æ-  
neidos à Vulcano vindicarit, aduersus etiam morientis vo-

A luntatem,

Iuntatem, extructaq; insigni Bibliotheca multorum ingeniorum præclara monumenta ad posteros transmiserit. Quod in Græca ac Hebraica Bibliotheca præstitisse Ptolomæum Philadelphum legimus. Commendatur etiam à Fla. Vopisco Tacitus Cæsar, quod Cornelij Taciti gentilis ac cognominis sui historiam in varia exemplaria transcriptam, & varijs in locis depositam seruare studuerit, et si temporum iniuitate exitum consiliorum haud sane foelicem consecutus sit. Datur laudi Artemisiæ Halicarnassum Reginæ, quod marito mausoleum illud admirandi operis construxerit, memoriamq; in eo seruare studuerit. Extollebantur apud Græcos deniq; Olympij, quod victoribus statuas cum inscriptione rerum gestarum dedicarint, & Lycurgus Lacedemoniorum legislator, quod sepulchra templis vicina esse voluerit, titulosq; adscribi illorum, qui res præclare gesissent. Horum tu quoq; laudem secutus, et si homo Germanus, & qui cognitionem historiæ veteris haud ita exploratam habes, ac alijs arduis districlus quotidiane existas, tamen in hanc pulchre curam incumbis, ut quæ vetustatis exempla in operibus, quæ ad urbem nostram tuis consilijs sunt, reperiuntur, diligentissime ne cōminuantur adserues, & historiarum studiosis non sine publica vtilitate ad multarum rerum necessiarum quæ obscuræ haetenus fuerunt cognitionem, libenter communices. Non solum autem quod vetustatem proxime ad Deos accedere Cicero tradit, præconijs es ab omnibus literarum & virtutum cultoribus extollendus, verum etiam quod in hoc genere studium tuum ponas, quod vt humano generi maxime familiare omnes semper gentes cōmendabant, mortuis aras, statuas, coenotaphia & cippos excitare, ita & pium & necessarium nemo non bonus existimabat, ac dignis eum laudibus accumulat, qui huiusmodi res eruit arg; tuetur, quibus memoriæ veterum denuo intermortuæ resuscitantur. Quanquam vero gentiles hi fere omnes fuerint, quorum titulos reperisti, de quibus bene mereri post mortem, alienum forte ab instituto Christiano fuerit, tamen alteram pietatis partem adimplere videris, quæ honestis studijs debetur, qui subsidia historiæ hac ratione non sane vulgaria comparas, & vt es longe vetustissimæ apud Viennenses prosapiæ: ita sacrosanctam

crossam antiquitatem cæteris etiam numeris illustrandam  
proposuisti, ut simul consulas literis earumq; alumnis & ani-  
mum tuum superiorum sæculorum delicijs expleas. Nihil  
hoc loco attinet dicere, quanto loco omnes pene gentes ac ex  
his Romani præcipue sarcophagos suorum, titulosq; omnis  
generis constituerint atq; custodierint, & in defunctorum  
gratam memoriam, ludos funebres, decurssiones, laudatio-  
nes, cantilenas, vespilliones, pollinætores, ceras ac imagines  
& similes ritus obseruarint & cremato corpore pro ratione re-  
rum cum laude gestarum pro Repub. nunc statuas, easq; in-  
terdum pedestres, equestres, trigas & quadrigas, interdum  
vero triūphales Rostratas colossoq; ac æreas auratasq; deniq;,  
magna animorum contentione erexerint, nunc vero aras  
cenotaphia, cippisq; & his præcipue qui in acie ac pro limiti-  
bus, ad quos secus Danubium Rhenumq; amnes tuendos di-  
ligentissime, semper incubuere, gnauiter operam locassent,  
atq; sanguinem strenue sudissent, illud vero ad communem  
vsum redundant, & ad nostræ Reipub. totiusq; adeo prouinciae  
Austriacæ multarum rerum nominumq; certiorem notici-  
am pertinet, quorum vestigia atq; umbras cum retineamus,  
illa tamen non intelligimus, & ad absurdissima quæq; retor-  
quemus, qualis fuit haætenus de nomine Viennæ controuer-  
sia, quæ multos etiam ex doctis ad tedium exercuit. Quam  
saxa ista quæ tu eruisti, & longe amenissimo horto tuo inui-  
ctis. ac clementiss. Principum Cæsaris & Regis nostri vo-  
luntate adseruas, facile diluunt, vt quæ Alæ Flauianæ sub le-  
gione decima Germ. expresse mentionem faciunt, quam pu-  
ta legionem in Austria ad ripam Danubij excubasse contra  
Germanos oppositos, non ipsi solum in Rep. Rom. ex Ta-  
cito, Dione, Spartano, Antonino & Ptolomæo ostendimus,  
sed quotidianie reperta monumenta, lateres, saxaq; testantur ab-  
unde. Sunt & pleraq; alia non sane inutilia eisdem in mo-  
numentis comprehensa, de cohorte milliaria, vexillatoribus,  
emeritis stipendijs, Iure Italico & Magistro ac statione equi-  
tum. Quæ utinam habuisssem cum Reip. Romanæ Com-  
mentarios instrueremus, dubio procul institutum nostrum  
fœnore quodam exornassemus. Sed hæc sino, ne adulatio-  
nis crimen incurram, ad eum præsertim qui sanguine mihi

est iunctus, & ad rem ipsam me confero hoc est monumentorum interpretationem, quæ in horto tuo adseruari diximus. Quorum primum & secundum anno M. D. LIX. prope cœmiterium S. Michaelis in ædificio nouo Sereniss. Reg. Boh. erutum est, Tertium, & quartum prope monasterium S. Iacobi, in fundamento veterum moeniorum reperta sunt anno M. D. LIII. Quintum deniq; cippus videlicet, qui Claudij Censoris habet inscriptionem sub ponte portæ Scotensis extra ciuitatem, dum fossa agitur effossus est anno M. D. LVII. Sextum ad monasterium item S. Jacob. cuius inscriptio vetustate delata legi non potest. In his militaria cœnotaphia cernuntur, qualia Athenienses quondam via sacra quæ Eleusinem ducebat & in portu Ceraumico Athænis heroibus & viris illustribus constituerant, Romani vero secus publicas vias ad pedum aliquot mensuras locare consueuerant, agri portione tantilla à Pontificibus & Auguribus coempta profa, & heredibus ac contubernalibus suis, siue pro se solis interdum facta mentione in his, ne heredes monumentum hoc sequatur per literas. H. M. H N. S. est & pedum numerus subinde incisus à fronte viæ, unus, & alter in agrum comparatum. Hinc Iureconsultis lex extat. Quinq; pedum nominata C. fin. regund. & ut reliqua multa vetustatis exempla omittam, quæ Romæ & in Italia supersunt, Celeiæ sane in Styria munimentum cernitur, cuius est rapsodia

TIBULLA C. SEMPRONII: L. NEPTIS INFERNO PLUTONI TRICORPORI, VXORI CHARE PROSERPINÆ TRICIPITIQUE CERBERO MVNVS MECVM FERENS DAMNATAM DEDO ANIMAM, ET HOC ME CONDO MONVENTO NE OBRVTVS DOMOS LAPSV FILIS SEX QVOS SCIPIO PATRIIS CAMERTIBVS A SALO ET LIBIA INCOLVMES RESTITVERAT, INDESOLATA ORBITATE SUPERSIM MISER VIX ANN: XXXIX. MEN. I. DI VI. HOR. SCIT NEMO, IN FRONE P. XX. IN AGR. P. XXXIX.

Polæ ip

Polæ in Histria.

C. PROCESSO ANNO XXII. H. M. H.  
S. INFR. P. XXX. IN AGR. P. XXXI.

Veronæ.

VESTAE Q. CASSIVS M. F. VARVSQ. CA-  
PITONI DOMITIA L. CLARA V. F. H. M. H.  
N. S.

In quorum primo pedum mentio sit à fronte viæ vi-  
delicet XX. & in agrum subintellige emptum XXXIX.  
In secundo pedum in viæ fronte XXXX. & in agrum  
XXXI. addita mentione, in priori quidem quod here-  
des sequatur emptio illa literis videlicet H. M. H. S. id est  
hoc monumentum heredes sequatur, in altero vero quod  
non sequatur literis hoc insinuans H. M. H. N. S. Ad  
quam rationem locandorum cipporum alludens nimirum  
Cicero IX. Philippica, cum statuam S. Sulpicio decer-  
nit, qui in legatione ad M. Antonium obierat, sic nomi-  
natim scribit. Seruio Sulpicio statuam equestrem ænæ-  
am in rostris, ex huius sententia ordinis statui: cir-  
cumq; eam statuam locus gladiatoriibus ludisq;, liberis po-  
sterisq; eius, quaq; versum pedes quinq; habere, quod hic  
ob Rempub. mortem obierit. Et iterum: Vtq; locum  
sepulchro in campo Esquilino C. Pansa Cos. seu alio in  
loco videtur, pedes triginta quaq; versus designet & quo  
Seruius Sulpicius inferatur, quod sepulchrum ipsius libe-  
rorum, posterumq; eius sit, vti quod optimo iure sepul-  
chrum optime datum sit. Sic & versus Horatij in Serm.  
intelligitur.

*Mille pedes à fronte trecentos cippus in agrum.*

Et Persius satyra prima:  
Nunc non cinis ille Poetæ.

A 3 Felix

*Felix nunc leuior cippus non imprimit ossa.*

Porro quam studiosi veteres fuerint titulorum, quos memoriam nostri homines vocant, & ex his præcipue Hebræi Græci & Romani ut passim eruta saxa ac lateres coargunt, testatur T. Liuius lib. 111. Dec. 111. cum secundum Punicum bellum describit, Statua eius indicio fuit Prænestine, in foro loricata, amicta toga velato capite & tria signa cum titulo laminæ ænæ inscripta, Manlium pro militibus qui Casilini in præsidio fuerant, votum fouisse, idem Titulus tribus signis in æde fortunæ positis fuit subiectus. Et rursus lib. ix. Decad. 111. parum est victis quod victoribus satis est, plus postulant hostes quam socij habent, quæ iureiurando quæ monumentis literarum in lapide insculptis in æternum memoriam sancta atq; sacrata sunt. Cicero in Philippica nona: Maiores quidem nostri statuas multis decreuere, sepulchra paucis, sed statuæ intereunt, vi vetustate, sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri neq; deleri potest, atq; ut cætera extinguitur, sic sepulchra sunt sanctiora vetustate. Ael. Spartianus in Hadriano, Et cum titulos in operibus non amaret multas ciuitates Hadrianopoles nominauit. Ammianus Traianum, herbam paritariam dictum ab Iuliano Cæsare refert, quod ubiq; titulum suum in saxis ac parietibus posuerit. Et sic intelliguntur in exemplis antiquitatis literæ passim sculptræ T. P. id est Titulum posuit. Recte enim quod memorias hominū multis sæculis tueruntur Tituli Cænotaphia nuncupata sunt, velut etiam apex Pontificalis, quod caput tueri ab iniurijs cœli solitus sit, titulus Rom. nominabatur, Sic Apuleius in Asino scribit, auorum & proauorum titulis clarus, & Prudentius de laudibus Martyrum Cæsaraugstanorum cecinit:

*Hunc nouum nostræ titulum fruendum  
Cæsar Augustus dedit, ipse Christus  
Iugo viuentis domus ut dicata  
Martyris esset, &c.*

Huc pertinet locus Eusebij lib. 1. de Constantini Imp. vita, ut habet versio, columnis illa quidem nullas ævitimenti.

timentibus iniurias æstimata videlicet natura hominum sortis fragilis & caducæ commenta solacium, imaginibus ædendis maiorum memoriam colere se putauit, honore permanens, partim adumbratione picturæ cura delibutæ, partim è materia sculptum & dolatum expers motus simulachrū machinati sunt, qui pylas & cippos inscriptos sempiternam commendacionem virtutis eorum quos habent adnotatos conferre crediderunt. Talem memoriam in faxis incisam ut longe vetustissimam commendarunt & Poetæ, Vergil.

III. Æneid.

*Hectorum ad tumulum viridi quem cespite inanem  
Et geminas causam lachrymis sacraverat aras.*

Martialis primo Epigrammaton.

*Barbara pyramidum fileat miracula Memphis*

*A Sidus iactet nec Babylonæ labor*

*Nec trinitas templo molles laudentur honores*

*Dissimuletq; deum cornibus ara frequens,*

*Aere nec vacuo pendencia Mausolea*

*Laudibus immodicis Cares in astra ferant,*

Plautus in Curculione :

*Ibi nunc statuam vult dare auream*

*Solidam sœcundam ex auro Philippeo quæ sit;*

*Septem pedalis, factis monumentum suis.*

Sed de monumentis hactenus, quæ passim secus viam publicam in agris collocabantur ut à prætereuntibus aspici & legi possent, vnde est quod sepe occurrit in historijs ac cæteris passim omnibus autoribus, Ad primum, ad secundum, ad tertium lapidem &c. Iam ad te me, Auuncule colende, conuento, qui egregias illas reliquias vetustatis tua diligentia & studio in rem literariam longe utilissimo non solum eruisti & omnibus conspicuas in horto tuo pulcherrimo adseruas, verum etiam ut ea interprætarer per amice hortatus es, sanguini fortasse plus quam industriæ tribuens, cuius tamen impositi oneris spero me scopum adsecutum esse ( sine arrogantia hoc dictum sit ) opera quamcumuis & permolesta & valde intricata, quæ Deo quodam indiguisset, non solum quod truncata multa erant, &

erant, & vetustate deleta, verum etiam quod solæ interdum li-  
teræ dictiones integras repræsentarent, quales sunt, I S E S  
P idest in suis emeritis stipendijs progressus. Hęc quoniam in  
lucem ædere curasti, non tam mihi quidem, qui hoc genere  
alias orbi innotui, quam historiæ studiosis rem gratam & uti-  
lēm præstisſe videris, ac patriæ in primis tuæ, de qua ut quon  
dam magistratibus urbanis dextre & cum laude administratis  
bene mereri cœpisti, ita nunc munimentis & propugnaculis  
validissimis firmando, absoluere beneficia nō cessas, inuidiſſ.  
& clementiſſ. Principibus nostris Imperatori & regi idcirco  
in familiaria iura acceptus, quorum tu quoq; auspicis ac ad-  
monitione exempla illa vetustatis vna cum mea interprætati-  
one in lucem dedisti, & in communem vsum multorum  
perfers, quam consulto simplici dictione sine omni leno-  
cinio, ac breuissime quoad eius fieri potuit, vt biduo erat con-  
fecta, in manus multorum venire passus sum, cum interpre-  
tem hoc loco non historicum agam, & ad omicin captum  
me accommodare voluerim. Esset hoc loco in laudes tuas  
digressio facienda, quas multis retro annis Principibus ac  
Reip. inseruens accumulasti, sed quoniam non incelebres  
quidam Poetæ ante plures annos versus quosdam luculentos  
exararunt, quos post finem lector consulter, consulto istam  
præfationis partem prætereo, ac eos qui ista lecturi sunt, hoc  
C. Luciliij dicto conuenio, qui se neq; ab indoctissimis nega-  
doctissimis legi voluit, quod alteri nihil intellige-  
rent, alteri plus fortassis quam ipse,  
bene vale Auuncule ob-  
seruande.





I  
P. F. VERECVND  
MAG EQVI SALAE  
IFLA AVG BRITOO  
GR IVR ITALICIA  
XXX SXIXIS ES PRO  
F PRISCINVS VEX  
E INGENVS HÆRED



# Primæ Antiquitatis IN S I G N E.

**E**Quus cum sessore suo, est Decurſionis ſymbolum, vt ſæpe in numiſmatiſ occurrit. Erat autem triplex Decurſio: Vna militaris, ſicut hodie habemus delectum, *Decurſio mili-* *Ein muſterung*, in quo equites cogebantur, in militia qui- *taris. Miltarum* dem, coram Magistro equitum, ordine currere, & ſuæ induſtriae, ac equi virtutis ſpecimen oſtendere, vt in præſenti ſaxo, in quo etiam Magistri equitum fit mentio: Romæ vero ſingulis luſtris in atrio libertatis, coram duobus Cenſoribus, in qua hi adeo qui erant de Equeſtri ordine, & quibus publici equi alebantur, equos ſuos ſttere cogebantur & impiciendos prebere, qui interdum etiam non ſine nota adimebantur, non ſolum ſi animal ineptum eſſet, Verum etiam ſi ipſe eques alicuius magni criminis foret compertus. Aliæ duæ decurſiones, pura funebris & ludicra, non pertinent ad explicatio *fio fune-* nem præſentis ſymboli. Funebrem deliniat Vergil. cum *fio fune-* mortem Pallantis deſcribit, eius habemus veſtigium, in equis illis, qui hodie cum inſignibus ad aras in exequijs ducuntur. *Decurſio ludicra.* Ludicram quod & Troianum dicebatur, deſcribit Liuius lib. **1111.** Decad. primæ, & Suetonius in Calligula. Huius imago ad nos peruenit in haſtiludijs quæ paſſim in nuptijs, & ali- *as, ( Tornamentis deprauata diſtione pro Troiamentis )* aduntur, propter ea quod à Troianis originem ſumpferit. Ta- les celebrauit in quinto Æneid. apud Vergil. Ascanius filius Æneæ, cum ſuis equitibus cōmilitonibus: fuitq; ipſe primus iuuentutis Princeps, hoc eſt ductor turmæ. Qui poſtea mo- durauit, vt Auguſtorum filij Troianis ludis præeffent, & mo- netam signarent cum ſymbolo equitis & inſcriptione **P R I N:** **I V V E N T U:** Id quod non ſolum creberrime in Suetonio ac cæteris historicis occurrit, verum etiam paſſim in numiſmati- bus veteribus ac ſaxis animaduertitur. Ad quem veſtigio- rem morem & præcipue funebris decurſionis alludens Ver- gilius libro vndecimo Æneidos cecinit.

B Iam pa-

Iam pater Æneas, iam curvo in littore Tarchon  
Constituere pyras, huc corpora quisq; suorum  
More tulere patrum, subiectisq; ignibus atris  
Conditur in tenebras altum caligine cælum  
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis  
Decurrere regos, ter mœstum funeris ignem  
Lustrauere in equis, vllulatusq; ore dederunt.

Porro militaris decurcionis, erant duo genera, pedestris & equestris cuius in præsenti saxon est. Pedestrem delineat Titus Liuius libro 1111. Dec: v. in Macedonici belli descriptione, Iuuenes etiam quidam Romani ludicro Circensi ad usum belli verso, partem humillimam muri ceperant. Mos erat tum, nondum hac effusione inducta, bestijs omnium gentium circum complendi, varia spectaculorum conquirere genera, nec semel quadrigis, semel desultorio missò vix vnius horæ tempus vtrumq; curriculum complebat. Inter caetera saxoneni ferme iuuenes, interdum plures apparitoribus ludi, armati inducebantur, horum inductio in parte simulachrum decurrentis exercitus erat, ex parte elegantioris exercitij, quam militaris artis, propiorq; gladiatorum armorum usum cum alios decursus ædidiissent motus, quadrato agmine facto scutis supra capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertijs magis & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut tecta ædificiorum sunt, testudinem faciebant. Hinc quinquaginta ferme pedum spacia distantes duo armati procurrebant, coniunctiq; inter se ab ima in summam testudinem per densata scuta cum euasissent, nunc veluti propugnantes per oras extremai testudinis, nunc in media inter se concurrentes, haud secus quam stabili solo persultabant. Et quæ sequuntur quæ prolixius Vegetius libro 1. de re militari, cap. xxvii. & libro secundo capite xxiiii. Aul. Gellius septimo Atticarum, capite 111. & Ælianu in libello de aciebus instruendis, tractant. Sed reuertor ad equestrem decurcionem, cuius icon præsenti in saxon est, Eques, sequente altero cum vexillo legionario, ad quam alludens scribit Dionisius vi. antiquitatum: In honorem apparitionis castrorum eiusq; victoriæ, quæ

riæ, quæ ad lacum Regillum parta est, equites in equis se-  
dentes, transuehi incipientes, à templo non Honoris, sed  
Martis extramurano, pergentesq; per forum iuxta ædem Ca-  
storis substitere. Suetonius in Augusto cap. de bellica vir-  
tute, Equitum turmas frequenter recognouit, post longam  
intercapedinem reducto more transvectionis, sed neq; de-  
trahi quenquam in transuehendo ab accusatore passus est,  
quod antea fieri solebat. Et sic intelligendus est locus. Val.  
Maximi libro secundo de institutis antiquis, Equestris vero  
ordinis iuuentus omnibus annis bis urbem spectaculo sui sub  
magnis autoribus celebrat die Lupercalium & equitum pro-  
batione. Et subdit, Trabeatos vero equites Idibus Iulij  
Q. Fabius transuehi instituit: Commemorat hunc morem  
& Plinius libro xv. naturalis historiæ, & ad eundem Fa-  
bium Rutilianum initia deriuat, lege Liuium lib. nono Dec.  
i. Et sic intelliguntur versus Claudiani in sextum Honori  
consulatum.

Hic & belligeros exercuit area lusus  
Armatus hic sepe choros, certaq; vagandi  
Textas lege fugas, inconfusq; recursus  
Et pulchras errorum artes, iocundaq; Martis  
Cernimus, insonuit, cum verbere signa magister  
Mutatos edunt pariter tunc pectora motus  
In latus inlisis clypeis aut versus in altum  
Vibratis graue parma sonat mucronis acutum  
Murmur & umbonum pulsu modulante resultans  
Terreus alterno concentus clauditur ense.  
Vna omnis submissa phalanx, tantæq; salutant  
Te princeps galeæ, partitis inde ceteris  
In varios docto discurritur ordine gyros  
Quos neq; semiferi Gortynia testa iuenci  
Flumina, nec crebro vincant Meandria flexu.  
Discreto revoluta gradu, torquentur in orbes,  
Agmina, perpetuisq; immoto cardine claustris  
Ianus bella præmens læta sub imagine pugnæ  
Armorum innocuos paci largitur honores.

Et quoniam de decurso militari nobis sermo est, ad-  
monendus est mihi lector, locum huic exercitio deputatum

KATA ΔΡΟΜΟΝ. Græcis, latinis vero decursorum siue diribitorum appellatum fuisse. Quem postea Franci in alias suas translatum à Troiani ludi voce Tornamentum ac Turnizam nominarunt, ut in hanc usq; diem nullam regiam, nullamq; arcem esse videamus, quæ non huiusmodi locum aliquem amplum habeat, in quo maiores nostri Turnizare hoc est pedites decurrere solebant, & se in armis multo congressu exercere, vulgo Turnitz dicunt. Hinc Cicero de reditu suo ad senatum: quando ( inquit ) vlla dignitate tot rogatores, diribatoresq; custodesq; vidistis. Et Plinius in decimo sexto scribit. Quæ diribitorio superfuerat viginti pedibus breuior, Apul. secundo asini aurei, diribatores plusculi splendide cincti, fercula copiosa scitule subministrata. Meminit huius vocis & Marcell. libro decimo octavo, Dum hæc in castris Constantij quasi per lustra aguntur & scenam & diribatores venundatæ subitæ potestatis præcium per potiores diffunditant domos. Lege plura apud Iurisconsultos titulo de action: Amphi. Recipio me ad vexillum, quod pedes qui sequitur gerit, id quod ostendit equitem illum legionarium fuisse ac vexillatorem, de quo ordine posterius dicturi sumus. Illius admonendus est mihi lector, vexilla antiquiora diuersæ formæ extitisse à nostris, arg ex hasta pependisse, vt ex antennis velum nauis, vnde & vexillum diminutiuæ quasi paruum vexillum nominatum fuit. Ad quod alludens scribit secundo Vegetius: Equitum alæ dicuntur ab eo quod ad similitudinem alarum ab vtraq; parte protegunt acies, quæ nunc vexillationes vocantur, quia velis hoc est flammulis vtuntur. Fuisse autem diuersa à signis vexilla testantur hæc Taciti verba, quæ libro vigesimo leguntur, simul excidijs castellorum imminebant quæ à præfectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant signa vexillag, Et libro primo, Assistentem concionem, quia permixta videbaturdi scedere in Manipulos iubet, sic melius audituros responsum, vexilla præferri, vt id saltē discerneret cohortes. Et libro decimo septimo, Interfecto Orphidio Benigno plurima signa vexillag ex hostibus rapuit. Porro in talibus vexillis, quorū ad nos reliquæ quædam peruenierunt in templis si triplicem scissuram ac crucem demas, quæ ob memoriā passio-

riam passionis Dominicæ, ac Trinitatis mysterium Christiani adieccere. Imagines Deorum ac Imperatorum fuisse pictas ex Tacito colligitur, qui libro decimo octauo sic scriptum reliquit. Octaua erat ac septima Claudiana imbutæ fauore Othonis, quamuis prælio non interfuerint, Aquileiam tamen progressæ, perturbatis qui de Othonे nunciabant, laceratisq; vexillis nemen Vitellij præferentibus. Huc pertinet illud Appiani libro secundo ciuilis belli, cum de legione quinta loquitur: Qua ex re Cæsaris exercitus adeo exhilaratus est, ut quinta iegio elephantis se opponi postularit, eaq; imprimis victoriam adepta sit, & ex hoc nunc etiam eidem legioni elephanti vexillis inscribuntur. Et iterum, quod dedecus per moleste ferens Cæsar, copias prope Cordubam in aciem eduxit, insigne ut prius venerem, anteponens illis, Pompeius è contra pietatem. Sic Sueto. in Vespasiano, cum Vespasianum laudibus ferrent, assensere cuncti, nomenq; eius vexillis omnibus sine mora inscriperunt. Huc alludere videtur & Lampridius in Diadumeno: His ita gestis signa in castris & vexilla fieri Antoniana iussit, fecitq; Bassiano simulachra ex auro & argento. Et Marcellinus libro vigesimo septimo, Signo igitur per buccinas dato, cum pede collato res agi cepisset, insueta vexillorum facie territi stetere Germani. Sic pariter Eutropius in Constantino scrbit, Christi ipsum imaginem ac crucem omnibus vexillis inseruisse. Tum vero (inquit) letus reditus, & de victoria iam securus, signum crucis, quod in coelo viderat, in militaria vexilla transformat, ad quod pertinet carmen Claudiani Poetæ in bello Gildonicō.

*Festinant adeo vexilla moueri  
Neruus insequitur meritisq; vocabulo felix  
Dictaq; ab Augusto legio.*

Et rursus libro primo in Eutropium.

*Aut quod in hoc poterat vulnus flagrare ruboris  
Pro victore redit peditum vexilla sequuntur.*

# LITERAE LAPIDIS.

T. F. VERECUND.

MAG. EQVI. S. ALAE. I. FLA.  
BRIT. OO. C. R. IVR. ITALICI. AVG.  
XXXXS. XIX. I. S. E. S. PRO.  
F. PRISCINVS VEX.  
ET INGENVS HAERED.

## LITERARVM EXPLICATIO.

**T**ito Flauio verecundo  
Magistro equitum, stationis alæ primæ Flauiae  
Britannicæ milliariæ cohortis Romanæ, Iuris Italici, aucto  
quadraginta stipendijs, decimo nono anno in suis emeritis  
stipendijs progresso,  
Flauius Priscinus vexillator,  
& ingenus hæredes.

## VOCVM INTERPRETATIO.

*Familia Flavia.* **F**lauia familia cuius Vespasianus Titus, & Domitianus  
Cæsares fuerunt, in multas gentes minores diuidebatur,  
quarum passim inueniuntur præter Verecundorum, Vopis-  
corum, & Constantiorum nouas, etiam antiquæ Sabino-  
rum. Suetonius, Gens Flauia obscura illa quidem, ac si-  
ne vllis maiorum imaginibus, Sed tamen Reip. nequaquam  
pœnitenda. Vbi gentis exordia repetit, à T. Flauio Pe-  
tronio Municipi Reatino, qui bello ciuili partium Pompe-  
ianarum Centurio fuerat. Et verisimile est hunc Verecun-  
dum vel Flauianorum stirpis fuisse, vel Libertinum. Nam  
& peculiare prænomen T. id est, Titi, Veluti habuit author  
gentis Petronius, & Cæsares Vespasianus & Titus ita & in  
hoc saxe exprimitur Titus Flau. Alias si esset scriptum Ti-  
legendum foret Tiberius, vt vetustatis periti nouerunt.

*Magister equitum.* **M**AGISTR. EQVITVM in prima Repub. maioris  
erant

erant dignitatis, Dictatoribus subiecti, Sed inclinante impe-  
rio præfecti alarum Magistri nomen asciscebant, qui modo di-  
cuntur Rithmaister. De præfectis Liuius tertio punici bel-  
li. M. Statilium præfatum cum turma Lucanorum equitum  
exploratum misit, qui adequitauit portis. Tacitus lib. secun-  
do: Igitur in ripa fluminis à Fabio Frontone præfecto equi-  
tum vincitur. Marcellinus lib. xvi. Et quod indignitati re-  
rum est assignandum, periclitanti Cæsari Marcellus equitum  
Magister agens in stationibus proximis. Ecce quod statio-  
nibus præerat Magister equitum, cuius præsenti Saxo men-  
tio aperta est. Tales magistri equitum describuntur sub Imp.  
Constantio & Valentiniano, in Rhetijs Arbitio, sub Con-  
stantino apud Marcellinum libro decimo quinto, & sub Va-  
lentino in Rhetijs, Theodosius libro vigesimo octavo apud  
Marcellinum, & Mamertinus in Illyrico lib. xxii. eiusdem.

S. id est, stationis. Erant autem stationes triplices: Equi- *Triplex*  
*tum* de qua intelligenda est præsens inscriptio, hodie vulgo *Statio a-*  
*vocamus Ein halt.* De qua Cæsar quinto belli ciuilis: Cæ- *pud Ro-*  
*sar equitum turmas suorum iubet in hostium equitatum, qui*  
*ad oppidum in statione erat, impressionem facere.* Liuius li-  
bro quarto Decad. quintæ Stationum quoq; moram mutauit,  
armati omnes & frenati equites qui diem totum perstabant.  
Alia erat statio vigilium vulgo die *Schiltwacht.* Liuius libro  
nono Decad. primæ. Per pulit quoq; adiuncta mœnibus Rō.  
castra & vt sex millia ab oppido remouerentur, fore ut minus  
Intentæ in custodiam vrbis diurnæ stationes & nocturnæ vi- *Intentæ*  
*giliæ essent.* De nauali Liuius lib. septimo Decad. iii. In *Alæ en-*  
*de ad Helles ponti fauces nauigat, & decem nauibus in statio-* *quitum.*  
*ne contra Abydum relicti.*

**A L A E**, id est alæ. Erat autem ala Equitum quod Ma-  
cedonibus Agema vulgo *Ein geschwader* continebat mille  
equites si integra esset, cuiusmodi præsentis inscriptionis fu-  
erat. Cui idcirco nota millenarij numeri ०० adiecta fu-  
it. Gellius lib. decimo sexto. Quod circa legiones dextra si-  
nistraq; tanquam in auium corporibus disponerentur. Alas di-  
ctas refert. Tacitus libro primo. Sequitur ardorem militum

*Ala  
Norici*

Cæsar iunctoq; ponte transmittit duodecim millia e legionibus, sex & viginti socias cohortes, & octo equitum alas. Quod autem in prouincijs tutelæ gratia Alæ fuerint, qualis & Flauiana fuit, Vnde nomen Viennæ inditum est Flauiana & per syncopen, prima syllaba dempta, Viana Wien testatur Tacitus libro decimo nono, Mota & Dacorum gens nunquam fida, tum sine metu, abducto e Mæsia exercitu. Sed prima rerum quieti speculabantur. Vbi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia accipere, expugnatis cohortium alarumq; hybernis. Talis ala fuit Cæciensis ad Tulnam Austræ. Vnde Zeyselmaur, Ala Auriana cuius meminit Tacitus lib. decimo nono in finibus Norici ac Vindelicis, unde Ried oppidum nomen accipit. Ala Canine fatum in Phrysijs, de qua Tacitus lib. quarto, Ala Brigantina cuius Tacitus libro decimo octavo, Ala Asciburgensis ad Rhenum, de qua Tacitus in vigesimo. Ala stableiana apud Marianum, & ala Tamjin Alpibus Norici, cuius extat inscriptio Salisburgi.

*Flavia-  
na Mu-  
nicipiu-  
Vienna  
Au-  
stria.*

I. F L A. id est, primæ Flauiae, Vnde Flauianum dictum est municipium, quod Germani prima syllaba dempta Viannam dixerunt & postea corruptè Viennam ( nam Viennam Vianam dicta, fundatio coenobij Scotensis, & liber Eugippi. Item Otto Frisingensis libro secundo de vita Friderici primi capite trigesimo secundo testantur ) Huius quidem primæ Flauiae Britannicæ milliarie sæpe fit mentio in tractu Panniarum, præsertim prope Gratz & in Cilia, Vbi monumentum tale legitur.

T. VARIO CLEMENTI AB EPISTOLIS AVGVSTORVM PROC. PROVIN. BELGI. ET VTRIVSQUE GERMA. RHOETICAE MAVR. ET CAESARIENS. LVSITANIAE CILICIAE PRAEF. EQVITVM ALAE BRITAN. MILLIARI

Et iterum.

Et iterum.

L. VALLERIO PRISCO VIEM. PRAEF. II-  
CON. DVATERCIAE ET SECUNDAE EQVITA-  
TVM TRIB. LEG. X. FRETENTIS. PRAE. ALAE  
FLAVIANAE.

Codex Rom: præfecturæ meminit in Pannonijs dua- *Ala Flauianae in Pannonijs.*  
rum alarum Flauianarum primæ & secundæ ad Milliare Mu-  
nicipium Germanicum, Valeriae, quod nimirum à cogno-  
mento Milliariæ alæ, nomen ad posteros transmisit. Nec du-  
biū sane est in Pannonijs, ac præcipue Valeria, hoc est su-  
periori, Cuius nostra Austria pars est, Alas excubasse, quan-  
doquidem Flavia familia isthic omnes honores militares ac-  
cepit, ut de Vespasiano Cæsare quem constat præfuisse Pan-  
nonijs, subinde Tacit. mentionem facit, præsertim in de-  
cimo nono libro. Nam Flauianum, inquit, omissa Pan-  
nonia ingressum Italiam & discrimini exemptum. Et rur-  
sus ab initio libri eiusdem: Meliori fato fideq; partiū Flauiana-  
rum duces consilia belli tractabant, illic agitauere placeret, ne  
obstrui Pannoniæ alpes.

BRIT. id est Britanicæ, hoc enim cognomen ala ista habu- *Flavia*  
*it Flauiana, & à T. Flauio Vesp. Cæ. accepit cui' opera Clau. familia*  
in subiuganda Britania usus est, testante Suetonio, Claudio *Vespasi*  
Principe Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam mis- *ani in*  
sus est, Inde in Britanniam translatus, duas validiss. gentes su- *Britan-*  
perq; xx. oppida & Insulam Vectem Britanniæ proximam *nia clara*  
in ditionem rededit.

OO C. id est milliariæ cohortis, de qua scribit Veget. lib. *Millia-*  
II. cap. vi. Sciendum est in vna legione decem cohortes esse *ria co-*  
debere, sed prima cohors reliquas & numero militum, & di- *hors q;*  
gnitate præcedit. Nam & genere & in institutione literarum *fuerit* *Rom:*  
viros ele&iss. quærerit. Hæc enim suscipit aquilam, Quod  
præcipuum signum Rom: est, in exercitu, & totius legio-  
nis insigne, hæc imagines Impp. hoc est diuina & præsentia  
Signa veneratur. Habet pedites mille centum quinque,  
equites

equites loricatos cxxxii. & appellatur cohors Milliaria. Est igitur verisimile Alam istam ex cohorte milliaria extitisse legionis ut puta Decimæ.

*Ius Italicum* IVR ITAL. Id est, iuris Italici, de quo Iurecons: in tituli quo tulo de Censibus xviii. Iuris inquit Italici sunt Troas, Be modo rytus, & Dyrachium, addidit Vlpianus eodem, Iuris Italici est bat à In Syria Phoenice splendidiss. Tyriorum colonia, Vnde mihi re Roma origo est. Erat autem Ius illud, quod etiam Latij dicebatur, no. diuersum à Iure Rom. & vero ciue Rom. Et inuenio duplex extitisse: Aliud cum facultate petendi Magistratus, quemadmodum hi habuerant qui in ipsa vrbe habitabant. Aliud erat sine hac prærogatiua, quale habebant Romanæ coloniæ in prouincijs externis. Hinc Tranquillus scrib.t, Gallos impetrasse à Cæsare Julio, Ius Latij, non tamen habuisse facultatem adipiscendi honores. Nam multis postea annis Claudio Cæsar hoc primum legitur Gallis concessisse Au- lo Vitellio & L. Vipsano Coss. & ad huiusmodi duplex Ius Latij alludit Suetonius, scribens multas ciuitates sua merita allegantes Latinitate vel ciuitate donatas. Porro inter ciuitates vel colonias Iuris Latini, aliæ poterant donari ciuitate Romana, aliæ non. Scribit enim Appia: Alex. plures Italæ populos belli socialis temporibus ciuitate donatos, sed int suffragiorum lationibus minus hi habebant priuilegij, quam ciues ciues Rom: vetustiores. Ita vt planè diuersa extiterint, Romani ciuitate donari, ciuem Romanum esse, & Ius Latij habe- Ius Latij di. re. Coloniæ quidem latinæ in Italia cis Padum ciuitate do- uersum nabantur: Transpadanæ autem & Transalpinæ in Illyrico à Iure & Gallia ius modo Italicum seu Latij habebant. Vn- Romano de scribit Spartianus in historia Seueri Cæs. Neapolitanis & Palestinensibus Ius ciuitatis à Seuero esse sublatum, quod contra eum in armis fuissent. Strabo Pompej magni pater, multas Transpadanas colonias deduxit, quas non quidem nouis colonijs constituit. Sed veteribus colonis manentibus, Ius dederat Latij, vt possent habere quod cæteræ vrbes Latinæ. Refert Plinius in Hispania multas vrbes Ius Latij consecutas fuisse. Ex quibus omnibus constat Ius Latij siue Italicum minoris fuisse prærogatiuæ, quam Romanum.

Romanum. Habebat autem priuilegia Ius Rom: hæc fer-  
mè: Libertatem perpetuam, & aduersus supplicia & virgas  
immunitatem. Vnde Cicero pro domo sua. Nemo ci-  
uis Rom: aut ciuitatem aut libertatem potest amittere, ni-  
si ipse author sit factus. Secundo quod de eo nemo nisi  
Rom: ciuis poterat iudicare. Ad quod alludens Liuius vi.  
Decad. III. Per senatum agi de Campanis, qui ciues Rom:  
sunt iniussu populi non video posse. Hinc legitur apud  
Suet. quod cum Cæs. Nouocomensibus dedisset ius ciuita-  
tis Marcellinum Tribunum illud prohibuisse & Decurio-  
nem Nouocomensem publice flagris cecidisse, cum hac ex-  
probatione, ut meminisset se ciuem Rom: non esse. Sic  
Paulus Apostolus in actis se à flagris & tortura exemit, ciuem  
se Rom: adseuerans. Quarta erat prærogatiua, militare  
in Rom: legionibus quod Ius etiam Latinum habebat, Vn-  
de in Palatinis Theodosij officijs legimus in legione Rom:  
militasse etiam Neruios, Britannos, Dacos, Batauos,  
Belgicos, Rhætos. &c. Quintum erat priuilegium, vt filij  
forent in potestate parentum, qui alioqui sub præsidibus,  
cogebantur ad militiam & seruitutem vt hodie à Turcis nati  
captorum. Hinc illud est, quod tradunt Antonium statu-  
isse ad deterendas gentes limitaneas, vt qui ciuitatis Rom:  
ius non haberent è potestate patrum exirent, & militare co-  
gerentur. Qua de re Iurecons. L. Vend. de his qui furt. sui  
insti: de pa: po: § fin: lege.

**A**VC. ~~x x x x s x i x.~~ i. s. e. s. PRO, id <sup>Stipendi-  
dia eme  
rita quæ  
fuerint.</sup>  
est, aucto quadraginta stipendijs decimo nono anno in  
suo emeritis stipendijs progressus. Ad quem locum ex-  
plicandum pertinet quod scribit Liuius secundo Deca: v.  
in oratione M: Popilij Centurionis. Sex coronas ciui-  
cas inquit accepi ~~x x i i.~~ stipendia annua in exercitu e-  
merita habeo & maior sum quinquaginta Tacitus lib. primo.  
Attrociss: Veteranorum clamor oriebatur, qui tricena  
aut supra stipendia numerantes mederetur fessis. Et  
iterum, Satis per tot annos ignavia peccatum, quod tre-  
cena &c

cena & quadragena senes, & plerūq; truncato ex vulneribus  
corpo tollerent, ne dimissis quidem finem esse milicie,  
quadragesimum stipendium Cecinna parendi aut imperitan-  
di habet. Et sic intelliguntur voces, quod cum auctus esset  
stipendijs pro veteranorum prærogatiua adipiscenda. Ex  
his iam in præsenti, emerita haberet XIX & ad eum nu-  
merum fuerit progressus. Huc alludens Dion Cassius, De-  
cretum sub Augusto fuerat ut prætorianis militibus stipen-  
dia post XVI. annum emerita essent, alijs vero post vi-  
gesimuni.

*Vexilla*  
*tor E-*  
*quitatus* **V**EX. id est, Vexillator erat præfecto seu Magistro alæ  
subiectus, qui tantam manum Equitum ducebat, quæ sub  
vexillo uno gubernabatur. Veget. libro II. Equitum a-  
læ dicuntur ab eo quod ad similitudinem alarum ab vtraq;  
parte protegant acies, quæ nunc Vexillationes vocantur  
à velo, quia velis, hoc est, flammulis vtuntur. Huc al-  
ludens Tacit. libro XVIII. Et ex ipsa vrbe haud sper-  
nenda manus, quinq; prætoriæ cohortes, & equitum Ve-  
xilla cum legione prima. Suet. in Galbae historia. Illud  
mirum admodum fuerit neq; præsentium quenquam Imp.  
auxilium ferre conatum, & omnes qui accerferentur spre-  
uisse nuncium, excepta Germanorum Vexillatione, hæc  
*Vexilla* ille. Notandum est autem Vexillariorum. Quorum sub-  
*rī dīner* inde meminit Tacit: aliud genus fuisse militum, nempe pe-  
*si à ve-*  
*xillati-*  
*one.* dites sib vno Vexillo in legione merentium. Comprehen-  
debat autem vexillum in centuria L. & LX. interdum pedi-  
tes Liuius libro v. dec. 1111. Dum perturbatos & trepidan-  
tes viderent, instruerent si restitui ordines suissent  
integro rursus eo prelio & dubio dimi-  
caturos inferre vexillarios  
iussit signa.





DR. J. D. OBERHOFER  
REICHSPRÄSIDENT  
1888



# SECVNDVM MONVMENTVM.

**C**Vm insigni Britanniæ Insulæ, hoc est aquila super pisces stante. Sic enim & Sicilia Insula triangulo, vel trium pendum triangulari coniunctione, supra piscem videlicet insulæ symbolū reperitur vfa in moneta. Aliud insigne equi, homine sequente & caudam attrahente, est publicus equus, qui equestris Ordinis optimo cuiq[ue] alebatur, & qui in lustris à Centoribus si aliquod in se crimen eques admisisset, publice non sine ignominia adimebatur. Quem equum publicum in prouincijs Rom: Decurionibus Municipiorum & Coloniarum alebant, qui idcirco equi publici dicebantur, ut haber antiquitas in Collegio Viennæ.

**P.** CLAUDIO PALLANTI REPENTINO AD  
LECT. INTERTRIBVNITIOS. LEG. PR. PR. PRO  
VINTIAE APHRICAE PRAETORI LEG. PR. PR.  
PROVINTIAE ASIAE. LEG. AVG. LEG. X. G.  
C. IVL. MAGNVS DEC. COL. CARN. EQVO PV  
BLICO EX. V. DECVRIA DIGNISS.

*Quinta  
Decuria*

Porro quintam Decuriam adiecisse Augustum Tranquil. est author. Est autem verisimile hunc T. Flauium Barbium iam veteranum equitem puta decurionem in Municipio Flauiano, factum equum publicum ob emerita stipendia. De qua re meminere præter Iuriscons: Historici. Liuius libro quarto Decad. tertiae. His superioribus illisq[ue] equi adempti qui publicum habebant, tribusq[ue] moti omnes ærarij facti. Et libro nono Decad. quartæ P. Ebutius cuius pater publico equo stipendia fecerat. Et libro septimo tertiaræ: Illis omnibus & multis erant adempti, qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant, addiderunt acerbitali etiam tempus, ne emerita stipendia procederent his qui equo publico commeruerant, sed dena stipendijs equis priuatis facerent. Huc pertinet historia, quæ est apud Plutarchum de *Historiæ elegiæ de equo publico.*

**C** Pompeio

Pompéio Magno. Dulcissimum etiam spectaculum ipse plebi fuit, cum bene actæ militiae iudicium subijsset. Mos namq; Romæ apud Equestris est, cum per legitimū tempus à quoq; militatum, equum per medium fori duci coram viris duobus publice præsidentib. quos censores nuncupant. Illisq; quemlibet ducum ac Imp., sub quibus militatum sit, recensere. Deinde censorum iuditio subijci, qui iuxta cuiusq; meritum vel laudem vel infamiam tribuunt. Huic præfecturæ tum erant Censores Gellius & Lentulus viri dignitate, ornatuq; insignes, insidiebantq; curuli. Adhos cum equites quidam subituri iuditium prodijssent ritè, Cognitum est Pompeium in forum descendere, qui alia sui Magistratus insignia secum afferens, equum tamen manu adducebat, ut vero appropinquans notior esset fas, iussu lictoris cedere, equum iuxta curulem sistit. Erat tum ingens populi admiratio ac silentium. Censores ad tantæ rei conspectum & reverentia & leticia opprimit. Deinde eorum alter qui senior erat incipit. Interrogo te Pompei Magne, militias omnes iuxta disciplinam absoluisti. Tum Pompeius per magna voce inquit, iuxta disciplinam militarem absolui, omnesq; sub me ipso Imp. Quod cùm audiuisset circumfusa plebs, acclamauit &c.

Monu-  
menta  
de Equo  
publico.

Et sic intelliguntur monumenta multa.  
Patauj in Italia.

T. VETIDVS. T. F. STRA.  
P. T. VALENS. IIII. VIR. I. D.  
QVINQ. PONT. SIBI ET T.  
VETIDIO POTENTI FILIO.  
EQVO PVBLICO ANN. XX.  
DI. IIII. D. V. T. F. T.

Auximi Italæ.

D. OPPIO CAPITONIQ. CAMVDIOQ.  
F. T. N. T. PRIN. VEL IUDICI SELECTO.  
EX DECVR: TRIB: LEG: VIII. AVG: PRAEF.  
FABR. PATRONO. COL: AVXIM.

Brixia.

Brixæ.

P. PLADITIO. C: F: CLODIANO EQVO  
PVBLI: DECVR: BRIX: C: PLADITIVS.  
Romæ  
D. M.

M. ATINIO. AF. F. PAL. PATERNO SCRIBAE  
ÆDIL: HON: VSVS AB IMP. EQVO. PVBL.  
HONOR. PRAEF. COH. II. BRACCAR. AVGUSTA  
EX TRIB: LEG: X. FRETENSIS. A DIVO  
TRAIANO IN EXPEDITIONE PARTICA DO-  
NIS DONATO.

Spoleti.

M. SEPTIMIO. M. FILIO. HON. SEPTIMI-  
ANO EQVO PVBL. IIII. VIRI. I. D. PRAEF.  
FABR. ROMAE.

## LITERAE LAPIDIS.

Inscri-  
ptio se-  
cudi mo-  
numenti

T. FL. BARBI VETERA  
ALAE. I. FLA. AVG. BRIT.  
OO. C: R: LICI.  
MEMOR PRATRI SVO POSVIT.

## LITERARVM EXPLICATIO.

T Itus Flavius Barbius Veteranus.  
Alæ primæ Flaviæ Augustalis Britannicæ.  
Milliariæ cohortis Romanæ Licinus.  
Memor fratri suo posuit.

C 2 Nodi

Nodi omnes in superiori monumento explicati sunt. Est autem verisimile, Alam primam Flauiam Augustalem cognominatam fuisse ab Augusto, videlicet. T. Flauio Vespasiano, quem res multas præclaras gessisse in Britannia, xx. vrbi- bus, & Insula Veðte subiugatis, sib. Claud. Imperante, supra ex Suet: ostendim'. Porro cū periphrasi longa in priori monu-  
*Vetera- mento cōmemoratur aucto stipendijs quadraginta xix. eme- norum ritia accessisse, hic vna voce veteranus indicatur. Siquidem Anni.*  
xvi. annis impletis, ante Augustum veterani euadabant, & in colonias admittebantur, postea ad xx. & ultra vacationis ho- nestæ tempus extendebat, & veteranorum priuilegia capie- bantur, vt est apud Iurecons: C: in quibus, Cons. colon. Dom.  
*Vacatio Causaria accu- triplex d' Ignominiosa. honesta. Et in L. Si aper ff. defurt. Huc pertinent verba Alex: Appiani in quinto. Deinde laudatis exercitibus atq; ordinatis victoriae præmijs Cesar in Italiam, vt militibus agros domusq; deligeret profectus est. Tacit. lib: xii. Sed & Agrip- pina quo vim suam socijs quoq; nationibus ostenderet, in op- pidum Vbiorum in quo genita erat. Veteranos coloniamq; deduci imperat. Et rursus. In quo promptius veniret Colo- nia Camalodunum valida veteranorum manu deducitur.*

Liber hoc loco cum veteranorum mentio facta sit de vaca-  
tionibus sermonem extendere, atq; vt de vacatione causaria,  
cui dabatur commeatus, & ignominiosa ad quam exauatoria  
rio siue expunctio pertinebat, nihil dicamus ( de quibus con-  
sule duodecimum Codicis de his qui à principe vacationem  
acceperunt ) sane Romano in exercitu præcipua prærogatiua  
erat honestam habere missionem, qua accepto diplomate non  
solum sacramento liberabantur, verum etiam si exissent anni  
emeriti stipendijs in colonias mittebantur agris, acceptis, vt re-  
liquum vitæ tempus in quiete exigerent, ad quod vacationis  
genus, cui missio honesta debebatur alludit Liuius sexto Dec-  
cad. tertiae, vt suppleret de legionibus, quibus Pub. Cornel.  
Proprætor in Sicilia præcesset dum ne quem militem legeret ex  
eo numero, quibus senatus missionem redditumq; in patriam  
negasset. Idem lib: ii. Decad: iii. Pro centurionibus M. Po-  
pilius, qui biennio ante consul fuerat ita verba fecit: Milita-  
res homines & stipendia iusta & corpora ætate & assiduis la-  
boribus confecta habere, nihil recusare tamen, quo minus o-  
peram

peram Reip. dent, id tamen depræcari, ne inferiores ijs ordines, quam quos cum militassent, habuissent, attribuerentur P. Licinius Coss. Senatus consultum recitari iussit, primo quod bellum senatus Perseo iussisset nec vlli qui non maior annis quinquaginta esset, vacationem militiæ esse. Et lib. ix. Decad. *Vacatio militiæ.* IIII. Senatus consultum factū est, ut singulis his centena millia æris quæstores urbani ex erario darent, vtq; consul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoq; tempore ferrent, vt P. Eubucio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, *Emerita Stipendia.* neue censor ei equum publicum assignaret. Idem vii. primæ *Duplicia.* Dec. Consul educto in æstiu milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum instituit, alijs emerita dicendo stipendia esse, alios graves iam ætate aut viribus parum validis. Quo loco tria vacationum genera exprimuntur, ad quas alludens scribit & Cornel. Tacit. lib. xx. deniq; quibus ætas & iusta stipendia dimissi cum honore, alij ob culpam, sed carptim, ac singuli quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur. Et sub finem primi libri, Edixit Tiberius militare ærarium, eo subsidio niti, simul imparem oneri Remp. nisi vicefimo militiæ anno veterani dimitterentur, ita proximæ stationis male consulta, quibus xvi. stipendiiorum finem expresserant. Et rursus, igitur voluntatis inter se rationibus, placitum ut epistolæ nomine principis scriberentur, missionem dare xx. stipendia meritit. Et iterum eodem lib. Rosponsum à concione est, mandatum dementi Centurioni quæ perferret. Is orditur à missione à sedecim annis de præmijs finitæ militiæ. Et sic intelligitur monumentum, quod apud Mogunciacum supereft.

**F** L. IVLIO MATER MO VET LEG. XXII. P. P. F. MISSVS HO-  
NESTA MISSIONE EX DVPLICARIO FL. SABINVS ATI-  
LIVS VETERANVS ET IVLIUS REGINV S MILES LEG. XXII.  
FRATRES ET HEREDES.


Tulnæ in Austria supra Viennam opera D. Lazij erutum saxum  
cum inscriptione.

**P**. AEL GERMANO VETER. EX DFC. ET CASSIAE VALEN-  
TINAE EIUS ET PVBLIIS AELIIS SABINIANO ET GER-  
MANO DEC. G. IVL. COLON. AQVIL A MILITIIS ET P.  
VALENTINAE SORORI EIUS M. PAETVS RUFFINVS DEC.  
ET II. VIR. LEG. X. ALAE CECIENS PERFICI CUR AVIT.

C 3 Quibus

Quibus ex locis ac monumentis non solū intelliguntur,  
quæ paulo ante de emeritis stipendijs diximus, & quæ de decu-  
**Emeri-** rijs ac decurionibus prolixè tractant cum Historici, tū Iurif.  
**ta stipen** ac præcipue Pomp de verb. signif. & Callistratus in L. nō tan-  
tum ff. de decur: ac Vlpianus etiam in L. qui ad tempus & ma-  
iores ff. eod. Marcianus in L. milites & missionū, de re militari.  
Verum etiam quæ de cōmeatu hoc est facultate discedendi à  
militia ex vacatione causaria Marcel. Iurecon. scribit de poenis  
L. ne legati & L. prima. Item de mun. L. quoties & L. Titius.  
**Comme**  
**at' quid**  
**fit.** Quale & illud est Vlp. Senatores liberum commeatum vbi-  
cung; velint morandi arbitrium impetraverunt, domiciliū in  
vrbe retinent, & Pauli Iurisc. , qui cōmeatus spaciū excessit  
emansoris vel desertoris loco habendus est. Refert & Modest.  
Iurisc. si ad diem commeatus quis non veniat, perinde crimen  
statuendum esse ac si militiam deseruisset. Et sic intelligun-  
tur loca Historicorum Cæs: 2 ciuil: Eodem tempore ex legi-  
onibus omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut comme-  
atu dato cum signis non potuerunt ante transire in Aphricā,  
ad millia quatuor equites cccc. funditores, sagittarij; mille,  
vno commeatu Cæsari occurserunt, Liuij lib. iii. Decad: iii.  
Et deinde per omne æstiuorum tempus magna parte sine cō-  
meatu ab signis dilabebantur. Et lib: viii eiusdem: Et noctū  
quidam prædatum in agrum circa pacatum ierant, postremo  
interdiu ac propalam sine commeatu ab signis abibant. Tac-  
ti lib: xvii. Namq; gregarius miles aut tributum annuū pen-  
debat, pars manipulis, pars per commeatus. Suetonij in Ti-  
berio, Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficij sui  
centuriones à commeatu castra repetentes. Et Plinij in epi-  
stola ad Traianū, & multas & omnes publicas causas petendi  
commeatus reddidisti. Talis est & Spartiani in vita Hadriani  
locus. Nam cum ad quendam scripsisset vxor sua quod volu-  
pratibus detentus & lauacris ad se redire nollet, atq; hæc Ha-  
drianus per frumentarios cognouisset, petente illo commea-  
tum, Hadrianus ei lauacra & voluptates exprobauit. Ammia-  
nus lib: xxvii. deniq; edi & is propositis impunitareq; promissa  
desertores ad procinctum vocabat & multos per  
diuersa libero commeatu dispersos.





161



# TER TII MONV. menti Insigne.

**M**VLieris imago est, manu puerum complexa prætexta indutum sub qua stola apparet. Cæterum prætexta puerorum peculiare vestimentum erat, vt interim de Triumphali Sacerdotali ac Militari nihil dicamus, formam habebit pallij sine manicis, vt ex his loci autorum elucescit Liuij lib. tertio Decad. tertiae, cum de Pacuuij Calanij adolescentis consilijs cum patre communicatis de interficiendo Hannibale Capuæ loquitur, consilium ( inquit ) affero pater, quo non veniam solum peccati, quo defecimus ad Hannibalem impetremus à Romanis, sed in multo maiori dignitate & gratia simus Campani, quam vnquam fuerimus. Cum mirabundus pater, quid nam esset id consilij, quereret, prætexta reiecta ab humero latu succinctum gladio nudat. Sic Spartanus in Hadriano. signa mortis hæc habuit. Natali suo vltimo, cum Antoninum commendaret, prætexta sponte delapsa caput ei operuit. Porro puerorum ac adolescentium peculiare genus vestimenti prætextam extitisse, vt virorum togam, testantur autores Liuius lib. quarto Decad. quartæ, in oratione Valerij Purpura viri vtimur prætextati in magistratibus, in Sacerdotijs liberi nostri prætextis purpura togis vrentur. Quo loco & ad triplicem prætextam alludit, & vnde sit dicta prætexta ostendere videtur, eiusdemq; forma cum toga fuisse, nisi quod brevior prætexta extiterat, toga ad talos vñq; diffusa, & quod prætexta purpuram haberet in extremis suffultam, vnde & dicta est Cicero in dialogo Amicitiæ. Pueri togam sumentes prætextam deponebant. Idem tertia in verrem. Neq; te tam commouebat quod ille cum toga prætexta quæ non sine bulla venerat. Et in Antonium, Tenes ne memoria, prætextatum te concoxisse hoc est pupilli bona consumpsisse. Cæterum originem huius vestimenti puerilis à Prisco Tarquinio Rō: rege deducit Macrobius supra somnium Scipionis, ita nomi- natim

natim scribens Tullus Hostilius Rex Rom: tertius debellatio  
Hetruscis sellam curulem, lictoresq; & Togā pictam atq; præ-  
textam quæ insignia magistratum Hetruscorum erant, pri-  
mus ut Romæ haberentur, instituit. Sed prætextā illo sæcu-  
lo puerilis non usurpabat ætas. Erat enim ut cætera quæ enu-  
merauit, honoris habitus. Sed postea Tarquinius Demarathi  
exulis Corinthij filius Priscus, quem quidam Lucumonem  
vocatum ferunt, Rex tertius ab Hostilio, Quintus à Romu-  
lo, de Sabinis egit triumphum, quo bello filium suum annos  
quatuordecem natum, quod hostem manu percusserat, & pro  
concione laudauit & bulla aurea prætextaq; donauit, insi-  
gniens puerum ultra annos fortem, premijs virilitatis & ho-  
noris. Nam sicut prætexta magistratum, ita bullæ gesta-  
men erat triumphantium, quam in triumpho præ se gere-  
bant, inclusis intra eam remedij quæ crederent aduersus in-  
uidiam valentissima. Hinc deductus mos ut prætexta & bul-  
la, in usum puerorum nobilium usurparentur, ad omen & vo-  
ta conciliandæ virtutis, ei similis, cui primis in annis mune-  
ra ista cesserunt. Alij putant, eundem Priscum, cum is sta-  
tum ciuium solertia prouidi principis ordinaret, cultū quoq;  
ingenuorum puerorum inter præcipua duxisse, instituisseq;  
ut patricij bulla aurea cum toga, cui purpura prætexitur, vte-  
rentur duntaxat illi, quorum patres Curulem gesserant magi-  
stratum, cæteris autem ut prætextis tantum vterentur, in-  
dultum: sed usq; ad eos quorum parentes equo stipendia iu-  
sta meruissent. Libertinis vero nullo iure uti prætextis lice-  
bat, ac multo minus peregrinis. Hæc ille, quæ coarguunt, hunc  
adolescentulum cuius est in saxo imago Romanum extitisse  
patricium & quod in exteris prouincijs obiisset, Stola simi-  
liter quadrata indutum fuisse, de qua posterius dicam. Nunc  
morem deponendi prætextam anno ætatis quartodecimo  
ostendemus. Erat solemnitas huiusmodi ferè, cum annos  
ætatis filij attigissent quatuordecem, à parentibus in forum  
ducebantur, vbi rasa prima lanugine, ablata prætexta, toga  
longa induebantur à Prætore, quem ritum Tyrocinium ap-  
pellabant. Vnde scribit de seipso Cicero in Lelio: Ego  
autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta virili  
toga. Huc pertinet illud Appiani Alex. libro quarto ciuil.  
belli:

belli: Atilius prætexta deposita togam sumpturus, amicorum  
turba stipatus, ut mos fuit ad sacra & ad tempora ducebatur, ex-  
orto rumore, cū in tabulis proscriptum esse intellexisset, amici  
seruq; deseruere omnes. Et sic intelliguntur versus Satyrici.

*Ille metit barbem, crinem hic deponit amanti.*

*Et rursus.*

*Hic prætextatos referunt Artaxata mores.*

Venio ad stolam, hoc est, quadratam illam sub prætexta  
tunicellam. Erat aut duplex stola, sacra, quam Appianus lib. v.  
ciuil. belli describit, & cuius adhuc in sacris vel umbra mansit:  
His hunc in modum constitutis ( loquitur aut de M. Anto-  
nio) hiemem Athenis cum Octavia vxore egit, quemadmo-  
dum in Alexandria cum Cleopatra prius egerat, quæ enim ab  
exercitibus missa fuerant solum detulere. Ipse simplicitate  
quadam priuati cultus, principantis loco usus est, nam ueste  
quadrangula, calciamento Attico uestebatur. Erat etiam stola  
muliebris, de qua Cicero in Antonium: Sumpsiisti virilem  
togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Et in Ver-  
rem: Erat admodum amplum signum cum stola. Ad quod  
genus vestimenti alludunt etiam Poetæ.

Martialis: *Qui quis stolæ purpurae contemptor.* Et lib. iii.  
*Rugidiorem cum gestas stola frontem.*

Tibullus: *Impediat crines nec stola longa pedes.*

Statius i. Syl: *Hinc eques hinc iuuenum cætu stola mista laborat.*

Cæterum mulieris imago quam adolescentis prætextati  
matre fuisse verisimile est, duplice tunica ornata appareat, qua-  
rum postremam breviorem Cycladem arbitror, alteram sub  
illa muliebre palliatam, ad quas alludens scribit Vopiscus in  
Bonoso. Nunc tamen quoniam placuit Bonoso Hunilam da-  
ri, dabis ei iuxta breve infra scriptum omnia, tunicas palliolas  
hyacinthinas, subsericas, tunicam auro clauatam, subseri-  
cam, librilem vnam, inter velatas dilores duas. Et in historia  
Saturnini, ibi tamen cum cogitare cepisset tutum sibi non esse  
si priuatus viueret, deposita purpura, ex simulachro Veneris  
Cycladæ vxoris sumpsit.

Meminit eiusdem vestimenti muliebris Trebellius Pollio in Ze-  
nobia, quæ cum Odenato marito, imperio aduersus Aurelianum inuaferat.  
Coniuata est imperatorio more ad conciones geleata processit cū limbo  
purpureo, gemis dependentib: per ultimam fimbriam, media etiā Cyclade  
veluti fibula muliebri adstricta. Huc alludens scribit etiā Apoll. i. Epist. Iā  
qdē virgo tradita est, cū corona spōsæ palmata cōsularis Cyclade pñuba.

D TEXTVS

# Textus Monumenti, Sed

VETVSTATE MAGNA EX PARTE DELETI.

DAL. CAVIN. M. { id est. } Daldio siue Dalmatico Caunio  
FL. ALAE IN LONE. { Flauianæ alæ in legione (Magistro.

Hoc monumentum nulla opus habet explicatione, cū de  
ala Flauiana ac Magistro equitū supra dictum sit prolixè.  
Legionem vero arbitror fuisse decimam Germanicā piam fē-  
licem, quæ & Alauda dicebatur, quam à Cæs: Iul. scriptam ex  
Alpinis ipse Cæsar testatur, & cuius opera Ariouistum regem  
Sueorum ad Rhænum vicit, ut eo euentu Germanica forsi-  
tan nominata sit fēlix & pia, Alaudaq;. Hæc tametsi ad  
Rhænum composita fuerat præsidio Belgio relicta, tamen M.  
Aurel. Cæs. cum adductis per Traianum xiii. Gem. & xiiii.  
Ger. in Daciam, Marcomanni Sueuica gens Pannonijs de-  
populatis Italæ fines inuasissent, ad ingruentis belli necessita-  
tem à limite Rhæni abductam post illam memorabilem de  
Marcomannis victoriam Danubij præsidio reliquit. De qua  
quidem victoria præter, Capitolinum, Eutropium & Orosi-  
um. Lucianus etiam in Alexandro prolixè scribit. Hinc est  
quod vetustiores autores qui Antonios antecesserunt, ut Cor.  
Tacit. Appian. & alij xiii. Gem. & xiiii. Ger. in Pannonijs  
meminere, recentiores vero, ut Antonius ipse, Ptol. Dion,  
& Vopiscus decimæ Germanicæ, quam quod contra Germa-  
nos secundariò victoriam Rom: iuuisset sic dictū crediderim.  
Hinc illud est Capitol. in Marco, emit & Germanorum au-  
xilium contra Germanos, omni præterea diligentia paravit  
legiones ad Germanicum & Marcomannicum bellum. Est  
autem verisimile Germanicæ cognomen additum non tem-  
rē, sed ad differentiam reliquarum eiusdem numeri legionū  
hoc est, decimæ Hispanicæ, decimæ Iudaicæ siue Ferratensis  
& decimæ Syriacæ siue Armenicæ. Porro huius ipsius legio-  
nis innumera monumenta in Austria & præsertim ad ripam  
Danubij eruuntur, quorum rhapsodias magna ex parte in opere  
nostro Reip. Rom. adnotauimus, partim vero in  
ædibus nostris Viennæ supersunt.



D  
VARRELLARZIA AEGON  
CARISZI WNU  
XWT SEBES JUAS  
AETL X GIVAS RIBI  
ET SAVS FEGL



4



D M  
AVRELVRSVLAECON.  
CARISSIME ANNO.  
XLVI.L SEP CELSIVS  
VET L.X.G VIVVSSIBI  
ET SVIS FECIT.



# TEXTVS MONV- MENTI QVARTI.

D. M.  
AVREL. VRSVLAE CON.  
CARISSIMAE ANNO XLVI.  
SEP. CELSINVS  
VET. LEG. X. G. VIVVS  
SIBI ET SVIS FECIT.

## LITERARVM EXPLICATIO.

**A**d ijs manibus.  
Avrelius Ursulæ coniugi  
Carissimæ anno (subintelligæ ætatis mortuæ) XLVI.  
Septimus Celsinus  
veteranus legionis decimæ Germanicæ viuus  
sibi & suis fecit.

Omnia in hoc monumento clara sunt ut explicatione non  
egeant, præterquam veterani vocula, quæ tametsi superiori-  
bus sit explanata, tamen duorum generum veterani fuerunt  
milites scilicet, qui in veteranis legionibus merebant, & non-  
dum vacationem honestam acceperant, cuius ordinis mentio  
fit in secundo monumento, & qui vacationem ob merita sti-  
pendia impetrauerant (de quibus dictū est supra) iā in coloni-  
as erant missi, rudeq; iā donati, quietis munia ciues agebant ac  
decuriones iuditia complebant, cuius dignitatis fuisse Sept.  
Celsinum de quo præsens loquitur monumentum vel vesti-  
tus imaginis testatur, toga videlicet, quæ Decurionum erat ac  
Senatorum patrociorumq;. Et cum toga multorum gene-  
rum fuerit, toga prætexta, toga fusa, toga arcta, toga picta, toga  
pulla, toga candida & pura, toga militaris & toga muliebris,  
hanc quidē, cuius icon in saxo videtur, militarem existimo,  
de qua scribit Liu. lib. III. Dec: v. (Sulpitius Prætor vim to-  
garum & triginta tunicarum & equos deportanda in Macedo-  
niam, præbendaq; arbitratu Coss. locauit. Et lib. IX. Dec. III.  
Stipendium eius anni duplex & frumentum sex mensium im-

D 2 peratum

peratum sagaq; & togæ exercitui. Et lib. vii. Dec. iii. Inter  
hæc Phocæa sedicio orta, quibusdam Antiochum multitudi-  
nis animos auocantib. grauia hiberna erant, graue tributum,  
quod togæ quingentæ imperatæ erant cum quingentis tunicis.  
Huc pertinet quod Capitol: scribit, Per Brundusium veniens  
in Italiam togam & ipse sumpfit & milites togatos esse iussit,  
qui locus intelligendus, de arctiore toga, non de fusa qua Ro-  
mæ patricij ac Senatores vrebantur. Porro toga vtraq; supra bre-  
uiorem tunicam injiciebatur ac moenicas carebat, quemadmo-  
dum in præsenti imagine apparet. Hinc scribit Gelli. vii. no-  
tium cap. xii. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis  
toga sola amicti erant, postea substrictas ac breues tunicas citra  
humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt  
E X C O M I D A S. Ac tametsi præsenti momento prima fronte  
quasi manicas habere appareat, tamen si recte aspicias, non ma-  
nicas, sed complicata super brachia videbis, ita enim toga indu-  
ti incedebant Rom: ut sine negocio rejcere possent. Hinc Li:  
lib. viii. Dec. i. Pontifex etiam togam prætextā sumere iussit,  
& velato capite manu subter togam ad mentum extenta. Sic  
Tranquil. cum necem Iul. Cæs. describit, renuentiq; & in ali-  
ud tempus gestu differenti, ab vtroq; humero togā appræhen-  
dit (& subdit) vtq; animaduertit vndiq; se strictis pugionibus  
peti, toga caput obuoluit, simul sinistra manu ad ima crura de-  
duxit, quo honestius caderet. Sed venio ad Decuriones, qui cū  
multorum generum fuerint, pura, qui in Decurijs Rom: fue-  
rant, Palatijs, Cubiculi & ædilitij, quorū subinde Tranquil. &  
Marcell. meminere, hic tamen de Decurionibus Colonarijs  
tractamus, qui ex veteranis ob emerita stipendia ab Imp. con-  
stituebantur. Qualem nimirum Septimum illum Celsinum  
extitisse præfati sumus. De quibus Pompon: Iuris: de verborū  
signi: tradit, inter initia cum coloniæ deducerentur, decima  
pars eorum, qui deducebantur consilij publici causa eligeban-  
tur. Sic Callistratus Iuris: in L. non tantum ff. de decur: mi-  
nores annis xxv. elegi Decuriones ex veteranis nisi ex causa  
non posse scribit, contra maiores annis lv. in uitios ad decurio-  
natus honorem non solitos vocari. Plura lege apud Vlp. in L.  
Qui ad tempus § maiores ff. eodem. Ad huiusmodi Decuri-  
ones ex veteranis completis emeritis stipendijs electos alludit

Cicero

Cicero pro Sestio, Recita quid decreuerint capuae Decuriōes.  
Et rursus: L. Manlius est cū reliquis Neapolitanis ciuis Rom:  
factus, Decurioq; Neapoli. Tranquil. in Augusto, qui de Ma-  
gistratib: vrbicis, Decuriones Colonici in suam quisq; colo-  
niam ferrent, ac necubi honestorū copia deficeret, aut multi-  
tudinis soboles. Capitol. in Gordianis: Tunc quidā Mauritius  
noīe potens apud Aphros decurio iuxta Tyssdrū nobilis. post-  
hac oratione apud plebē in agro suo veluti concionabund' est  
locutus. Porro Decurionū illorum erant discrimina, nā Tri-  
bunus inter hos erat, qui & digniss: dicebatur. Erāt & equi pu-  
blici ex equitum veteranorū genere quibus equi alebantur pu-  
blici, erant Duuumirales. Quatuorviraes, Sexuirales, Septem-  
uirales &c. Quorū vestigia in Veneta & Noribergensi Rep.  
videmus, Die sieben Herren/ die sexheren/ die vierheren. Erant  
& curiales qui ad publica officia erant adstricti, quorū cōditio Curiales  
qui fue-  
rint.  
cāpit pessima existimare, quod à prēsidib' & tributorū ex aōto  
ribus inquietabantur, & tenuiorū onera subire cogebantur, &  
ideo prohibita illis erat prēdiorū alienatio, ne solum verterent  
euitandorum munerum causa. De quibus Iuris. in tit. si curia-  
lis relictā ciuitate, rus habitare maluerit lib. x. cod: de prēdijs  
Decurionū non alienandis. Quorum sepe etiam meminit in  
epistolis Cassiodorus cū Theoderici Regis ad hos scripta ad-  
ducit. Erant deniq; ex Decurionibus & iudices selecti & am-  
pliss: honoris, qui sub Rom. Decurionib. fuerant, qualis fuit  
Iul. Magnus qui Cl. Pallanti Claudij Cæ. liberto inscriptionē  
posuit, quæ Viennæ in pariete Collegij legitur, qui cū esset De-  
curio Carnunti Coloniae, Cl: Pallati Legato prætorio Provin-  
tiæ Asiae & Aphricæ Equo publi. & ex quinta Decuria digniss:  
monumentum posuit. De qua quidē Decuria scribit noīatim  
Tranquil. in Augusto, ad quatuor Iudicū Decuriā quintā ad-  
dixit ex inferiori censu, quæ Ducennariorū vocaretur, iudica-  
rētq; de leuiorib. summis. Ad huiusmodi Decuriōes veterans  
Coloniares alludit monumen. & præcipue Vieñ. vbi etiā De-  
curionis legionis eiusdem mentio fit, & in altero Quatuor-  
uiralis Decurionis, & in tertio veterani Decurionis.

Viennæ in Collegio:

P. CLAUDIO PALLANTI HONORATO REPENTINO ADLECT.  
INTER TRIBVNITIOS LEG. PR. PR. APHRICAE PRÆTO-  
RILEG. PR. PR. PROVIN. ASIAE LEG. AVG. LEG. X. G. C. IV-  
LIVS D. C. G. L.

D 3 GOL.

COL. KARN. EQVO PUBLICO EX V.  
DECVR. DIGNISS. L. D. D. D.

Augustæ in domo Peutingeri.

PERPETVÆ SECVR. C. IVLIANVS  
IVLIVS DEC. MVN. IIIIVIRAL. SIBI  
ET SECUNDINAE PERVINCAE CONIVGI  
CARISS.

Cæleiæ Styriæ in fracto lapide.

ET CIVMEN. CANDR. AN. XXXII.  
MATRI ET VERNIA ET AN. XXII.  
ET GVINIO IPSEO VET. ET DECVR.  
MVN. ET COMMIL.

Porro de ornamentis Decurionalibus, officio decretis,  
Albo, ac vacatione cæterisq; ad hoc munus pertinentibus pro-  
lixe in Reip. nostra tractauimus.

Cæterum de Decima legione sub qua is Decurio fuerat  
Coloniaris, pura Carnunti, vbi est hodie Petronellæ pagus,  
etsi in tertio monumento satis dictum sit, libet tamen virtutis  
eius legionis testimoniae ex autoribus adferre. Quorum pri-  
mus Cæsar I. gallici belli, cum terrorem Rom: in exercitu ob-  
Ariouisti Regis Sueorum aduentum, in oratione sua recen-  
set. Quod si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola de-  
cima legione iturum, sibiq; eam cohortem prætoriam futu-  
ram, huic legioni Cæsar & indulserat præcipue, & propter vir-  
tutem confidebat maxime, hac oratione habita mirum inmo-  
dum conuersæ sunt omniū mentes summaq; alacritas atq; cu-  
piditas belli gerendi innata est, princepsq; decima legio per tri-  
bunos militū ei gratias egit qd' de se optimum iudiciū fecisset.  
Appian: Alex. li II. Civilis cū Cæs: cum Pompeio conflictū in  
Pharsalo delineat, Cæs: duces aderant. Sylla, Antonius & Bru-  
tus, ipse vt adsueuerat decimæ legioni præsedidit. Idē in Celtica  
historia de eod. Iul. Cæs. locutus. Neruij tamen aliquando illū  
terga dare coegerunt cū exercitu ad iter properantē, inopine ad  
gressi plurimos ex suis occidissent, nam ductores ordinū atq;  
turmarum fere duces oēs cōfecere, ipsumq; in tumultū quen-  
dam cum scuti feris redactū, per circuitum obsederunt, verū le-  
gione decima a tergo incumbente ad sexaginta millia eorum  
oppressa sunt, qui ex Cimbrorū Teutonung; pgenie extitere.

Tranquil.

Tranquil. in vita Iulij, quia fiducia ad legiones quas ē Repub.  
acceperat alias priuato alias publico sumptu addidit, vnam  
etiam ex Transalpinis conscriptum vocabulo quoq; callico  
Alauda enim appellabatur. Quam disciplina cultus Rom.  
institutam & ornatam vniuersam ciuitatem donauit. Et sic  
intelliguntur multa loca Ciceronis in Philippicis cū Alaudas  
Antonij, quos & veteranos vocat, & in ciuiratem inter De-  
curiones receptos inuechitur. Quam Alaudam nominatam ab  
insigni eius auiculæ, quam cum in galeis tum vexillis præse-  
rebant. Hinc Cæs. v. ciuil. belli. Tum miles non sum inquit  
Tyro, sed de legione decima Veteranus. Tum Labienus non  
agnosco inquit signa Decumanorum. Quæ declarant Alau-  
dam istam ex germanis conscriptam decimam fuisse. Quæ  
idcirco & germanica & Pia Felix & Alauda & veterana pa-  
sim in monumentis & lateribus apud nos in Austria creber-  
tissime eritis, quorum exempla quædam meis ædibus asseruan-  
tur, cognominatur, vt dubium nullum sit, hanc ipsam esse  
decimam legionem, cuius Dion Cassius lib. LV. Ptol. lib.  
tab. Europæ, & Antoninus in descriptione itineris ē Sirmio  
Laureacum, meminere, & cognomen adijcientes G E R. id  
est germanica. Et si autem hanc legionem à Cæs. in gallijs  
multis annis ad Rhenum excubasse, in Belgio, vel ex Anto-  
nnini itinerario & Tacito constet (cum scribit lib. XXI. vbi de  
bellis intestinis Belgicis, Vespasiano imperante tractat, tan-  
tumq; belli superfuit, vt præsidio cohortium, alarum, legio-  
num modicis villis quadripartita Ciuilis inuaserit, Decimam  
legionem Arenaci, secundam Batanadori vadamq; cohorti-  
um alarumq; castra,) tamen verisimile est hanc posterius, cū  
nudato limite Danubij Traianus Cæsar in Daciā XIII. cem.  
inde abduxisset, & aduersus Marcomannos, qui nudatum li-  
mitem infestis signis perruperant, Danubio hiberno frigore  
conglaciato, Marcum Cæs. à Rheno hanc decimam Alau-  
dam exciuisse, belloq; confecto tutelæ Pannonijs reliquisse.  
Hinc Capitoll. in M. Aurel. scribit, cum belli Marcomanni-  
ci necessitatem exaggerat, latrones etiam Dalmatiæ & Dar-  
daniæ milites fecit, armavit etiam Diocinitus, emit & ger-  
manorum auxilia contra germanos, omni præterea diligen-  
tia parauit legiones ad germanicū & Marcomannicum bellū.

Porro

Porro multis annis hanc ad ripam Danubij excubasse vbi Austria Hungariam attingit vna cum sibi subiectis alis Ceciensi & prima Flauiana (à quibus diximus Ceisenmuro ac Vien-næ nomina indita) non solum liber Noticiarum ostendit qui ad Carnuntum hanc depingit, & Epistola Aurelianii ad Probum, qui post Cæsar fuit, (vt est apud Vopiscum Aurelianus Augustus Probo sal: vt scias quanti te faciam Decumanos meos sume quos Claud. Cæs. mihi credidit, isti enim sunt, qui quadam felicitatis prærogatiua præsules, nisi futuros principes habere non norunt) verum etiam cippus contestatur qui in ædibus meis Viennæ adseruatur, sub Gordiano primo positus utpote Æmiliano & Aquilinio Coss. cuius est talis rapsodia.


FORTVNAE CONSEC. GENIOQ.  
HVIVS LOCI HONORATE I. IVNI  
TIBERIANICI TRIB. MIL. LEG. X. G.  
P. P. F. F. T. CLAD. VALENTINVS  
CORNICVLARIVS EX VOTO ÆMIL.  
ET AQVIL. COSS.

IN quo monumento bis pia & bis foelix cognominantur, cum in lateribus alijsq; his etiam literis P. F. id est pia foelix cognominetur, & interdum literis additis A L A V. id est Alauda, quod illustri argumento est eandem illam pannonicam decimam legionem Alaudæ Cæsarianæ reliquias extitisse, vnde insignia primævis Austriæ principibus quinq; aurearum Alaudarum accessisse non solum Cuspinianus autum, verum ipsi etiam in perpetuissimis Annalibus legimus.









A. C. F.

and A. D. L.

M. J. N. 3

C. A. F. S. G. C.

N. S. E. G. Z.

I.

W. H. M. T.



# TEXTVS MONV- MENTI QVINTI IN paruo cippo.

I. e. M.	Ioui optimo Maximo.
T. CLAVD.	Tiberius Claudius
CENSOR	Censor
P. PROCON.	Pannoniæ Proconsul
v. s. L. m.	votum soluit. Legit memoriam.

Hæc inscriptio à Tib. Cæs. posita est, dum adhuc priuatus, viuente vitrico Augusto Cæs. Proconsul in Illyricum & Pannoniam ordinaretur, cum potestate Censoria & Batonem & Pynnetem Pannorum Reges vicisset, ut est apud Suer. in vita Tib. Stipendia prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit, deinde ducto ad Orientem exercitu Regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali Diadema imposuit. Recepit & signa, quæ M. Crasso ademerant Parthi, post hæc comatam Galliam anno ferè rexit & Barbarorum in cursionebus & principum discordijs inquietam, exhinc Rheticum vindelicumq; bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit, Rheticō atq; vindelico gentes Alpinas, Pannonicos Brencos & Dalmatas subegit, Germanico xL millia traiecit in Galliam, iuxta ripam Rheni sedibus assignatis collocauit. Et iterum A germanico in urbem post biennium regressus, triumphum, quem distulerat egit, prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat, ac priusquam in Capitolium flecteret, descendit è curru seq; præsedenti patri ad genua submisit, Batonem Panniorum ducem ingentibus donatum præmijs Rauennam transtulit, gratiam referens quod se quondam cum exercitu iniuitate loci circumclusum passus esset euadere. Et subiungit mox: Ac non multo post lege pro Coss. lata ut prouincias cum Augusto communiter administraret, simulq; censum ageret condito lustro in Illyricum profectus est. Quæ abundè declarant monumenti textum, censorem eum in Illyricum, cuius

E erat

erat Pannonia pars, prosc̄lum scribit Suet. & sub se legatso  
habuisse cum triumpharet, id quod Proconsulis dignitatem  
coarguit, ad quod pertinet, quod idem refert, Nam sub idem  
ferē tempus Quintilius Varus cum tribus legionibus in Ger-  
mania perijt, nemine dubitante, quin victores Germani iun-  
cturi se Pannonijs fuerint, nisi debellatum prius Illyricum  
esser, quas ob res triumphus ei decretus est, multi & magni  
honores, censuerunt enim quidam vt Pannonicus, alij vt In-  
uīctus, nonnulli vt pius cognominaretur. Eiusdem cum  
belli Pannonicī à Tiberio gesti tum proconsulatus meminit  
& Velleius Paterculus, qui sub hoc Cæsare in Pannonijs  
primo equitum se præfectum, postea legatum egisse testatur,  
Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa,  
Marcoq; Vinitio suo tuo Coss. Magnum attroxq; & per-  
uicinum imminebat Italiæ per Neronem gestum est, gentes  
Pannoniorum, Dalmatarumq; nationes, situimq; regionum  
ac fluminum, numerumq; & modum virium excelsissimasq;  
& multiplices eo bello victorias tanti Imperatoris alio loco ex-  
plicabimus. Et iterum, sed in sequenti æstate omnes Pan-  
nonia reliquijs totius belli in Dalmatia manentibus pacem  
petijt, ferocem illum tot millium iuuentutem paulo ante ser-  
uitutem minatam Italiæ, conferentem arma, quibus vſa erat  
apud flumen nomine Bathinum, prosternentemq; se vniuer-  
sam genibus Imperatoris, Batonemq; & Pynnerem excelsif-  
simos duces, captum alterum, alterum deditum iustis volu-  
minibus ordine narrabimus. Et iterum ( quod sub eo Vel-  
leius in Pannonijs militarit, ) Hoc tempus me functum an-  
te tribunatu castrorum Tiberij Cæs. militem fecit, quippe  
protinus ab adoptione missus cum eo præfectus equitum in  
Germaniam, successor officij patris mei cœlestissimorum eius  
operum per annos continuos VIII. præfectus autem legatus  
spectatus pro captu mediocritatis meæ adiutor fui. Et ite-  
rū, Ipsa asperimæ hiemis initio regressus Sisciam legatos inter  
quos ipsi fuim', partitis præfecit hibernis, per omne belli Ger-  
manici Pannonicq; tempus, nemo è nobis, gradumue no-  
strum aut præcedentibus aut sequentibus inbecillus fuit, cu-  
ijs salus ac valetudo non ita sustentaretur Cæsar's cura, & cau-  
sam belli ostendens (& quod quæstor eo bello fuerat ante pro-  
consulatum)

consulatum) Proximè duobus Bathoni ac Pyrneti ducibus  
autoritas fuit, in omnibus autem Pannonijs non disciplinæ  
tantummodo, sed linguae quoq; notitia Romanæ, plærisq; eti-  
am literarum usus & familiaris animorum erat exercitatio.  
Itaq; Hercules nulla vñquam natio tam maturè belli consilio  
bellum indixit ac decreta patrauit, oppressi ciues Rom. tru-  
cidati negotiatores, magnus vexillariorum numerus ad inter-  
nacionem ea in regione, quæ plurimum ab Imp. aberat cæ-  
sus, occupata armis Macedonia, omnia & in omnibus locis  
igni, ferroq; vastata, quia tantus etiam huius belli motus fu-  
it, vt stabilem illum & fortunatum tantorum bellorum ex-  
perientia Cæs. Augusti animum quateret atq; terneret, habiti  
itaq; delectus, reuocati vndiq; omnes veterani, viri, fœminæq;  
ex censu libertino coactæ, dare militem, audita in senatu vox  
principis, decimo die ni caueretur, posse hostem in urbis Ro-  
mæ venire conspectum. Senatorum equitumq; Romanor-  
um exactæ ad id bellum operæ, omnia hæc frustra præpa-  
rassemus, nisi qui illa regeret fuisset, itaq; vt præsidium mi-  
litum Respub. ab Augusto ducem in bellum poposcit Tibe-  
rium, finita equestri militia designatus Tribunus, in quæ-  
stura deinde remissa sorte prouinciæ legatus eiusdem ad eun-  
dem missus, quas nos primo anno acies hostium vidimus:  
Ex quibus apparet Cl. Tiberium per omnes militares gradus  
ascendisse ad Proconsulatum, ad quem alludens idem sub-  
iungit, præpositus Illyrico subita rebellione cum semiplena  
legione vicesima circundatus, hostili exercitu amplius xx.  
millia hostium fudit fugauitq;, & ornamentis triumphalibus  
honoratus est, ita placebat barbaris numerus suus, ita fidu-  
cia virium, vt vbi cunq; Cæsar esset, nihil in se reponerent.  
Ad hoc bellum Pannonicum gestum à Tib. Nerone Cæs.  
cum adhuc priuatus esset, imperante Augusto, alludit etiam  
Naso in consolatione ad Liuiam Tiberij matrem.

Quod spes implerunt, maternaq; vota Nerones

Quod pulsus toties hostis vtroq; duce

Rhenus & alpinæ valles & sanguine nigro

Decolor infecta testis Iturgus aqua.

E 2 Danubiusq;

Danubiusq; capax & Dacius orbe remoto  
Appulus huic hosti perbreue pontis iter.  
Armeniusq; fugax & tandem Dalmata supplex  
Summaq; dispersi per iuga Pannonij.  
Et modò Germanis Romanus cognitus orbis  
Aspice quam meritis culpa sit vna minor.

Hæc omnia cippi præsentis inscriptionem ad vnguem declarant, quam à Claudio Tib. positam diximus cum Pan-  
nonijs debellatis Proconsul præsedisset ut Tranquil. scribit,  
& Romæ censum egisset. Nouerunt enim antiquitatis periti,  
in prænominibus T. solum Titum significare. T. vero ad-  
iectum i Tiberium. Quale autem cùm Proconsulis tūm Cen-  
soris in Rom. Repub. munus fuerit, in Repub. nostra proli-  
xè ostendimus, quæ tediousum esset loca repetere. Et sic in-  
terprætationem succinctam concludimus, nam sextum mo-  
numentum cum litteræ vetustate perierint enu-  
cleandum suscipere noluimus, cum di-  
uinandū nobis fuisset, quod  
facere non solemus.



**SEQVVNTVR**

SEQVVNTVR DO-  
CTORVM ALIQUOT VIRORVM E-  
LEGIAE IN ARMA D. HERMETIS SCHALLAV-  
czeri Cæs. Maiest. Consiliarij, & Architecturæ  
præfecti, scriptæ anno M. D. XL.

## In Insignia D. Hermetis

SCHALLAVCZER PRAETORIS VIENN.  
& Rom. Reg. Maiestatis à Consilijs Ioannis Ro-  
sini Præpositi Viennensis, carmen.

Qvod vigil & fuluo Mauortius adstat in auro  
Gallus, & elato gutture læta canit.  
Quid nisi virtutis decus est, & laudis auitæ,  
Quod tribuunt magnis inclyta facta viris.  
Territat indomitos, ferus ales voce leones,  
Nec sinit ignauas temporis ire vices.  
Stant animi vitam certa pro morte pacisci,  
Aut cadit aut cælo viator ab hoste redit.  
His tibi quæsitum, maiores artibus Hermes  
Transmittunt, sera posteritate, decus.  
Degenerem non te bello, nec rebus agendis,  
Esse alacres animos consiliumq; potens.  
Curia præcessæ testatur clara Viennæ,  
Et populus, patriæ qui vocat usq; patrem:

## In eiusdem insignia Georgij

LOGI PRAEPOSITI VRATISLA-  
VIENN. EPIGRAMMA.

Ales ut excubitor custodia fida domorum est:  
Vtq; idem intrepidus fortia bella gerit.  
Proudus & fortis, sic consul & ipse Viennæ  
Pannoniæ, sese marte togaq; gerit.  
Effigiem hinc galli sublata voce canori,  
Aptum insigne sibi ritè Salauczer habet.

E ; Aliud

## Aliud in eadem arma Clas-

RISSIMI VIRI, DOMINI PHILIPPI GVN-  
delij, I. V. Doctoris, & Cæsarei Consiliarij.

PORTIO, Cæsarei non contemnenda senatus  
Hermes, progenie nobilis, arte potens.  
Moribus illustris, cuius iussuqe; fideqe;  
Munitur firmis patria præfidijs.  
Cæsar is in uicti auspicijs, atqe omne fausto,  
Impensisqe, tuo nec minus ingenio.  
Dum struis hæc opera, ingenti molimine cunctis  
Miranda, arcendis hostibus apta magis  
Insistisqe vigil magno, prudensqe, labori  
Dispensans opera, consilioqe regens.  
Hinc dono Diuūm, fatiqe, & munere Regum,  
Obuenière Atauis symbola clara tuis.  
Arduus expansis stat Gallinaceus alis,  
Virtutis referens munia multa tuæ.  
Erectos animos stans signat, & oris hiatu,  
Effigiat fidei peccoris eloquia.  
Cætera quis nescit virtutum dona tuarum,  
Respondent meritis symbola auita tuis.  
Hæc modò per natos natorum insignia durent,  
Atqe ornent claram non ruitura domum.

## In eadem arma Ioannis Lu-

DOVICI BRASSICANI V. I. D.  
C A R M E N.

QVALIS vbi applausu laterum colloqe repando,  
Prouocat Eoum, Martius ales, opus.  
Qualis vbi hamatis verrens sola calcibus, altum,  
Vnicus alituum suscipit usqe iubar.  
Talis pro meritis gallus tibi plaudit in armis,  
Alis, & pedibus, dat simul ore sonum.

Argumentum

Argumentum ingens patriæ & virtutis auītæ,  
Et Schallautceræ fama futura domus.  
Nam status erētæ volucris, atq; ardua ceruix,  
Constantis robur pectoris esse docent.  
Quid matutini cantus, plaususq; frequentes?  
Ista proculdubiō signa laboris erunt.  
Quid creber in cœlum conspectus, & ardua sedes?  
Quid sibi vult pedibus versa frequenter humus?  
Vt præclararum studium me iudice rerum,  
Contemprum leuum, sic simul ista notant.

## In eadem arma Wolfgangi LAZII VIENNENSIS, PHILOSOPHIAE ET MEDICINARVM DOCTORIS SVI EX SO- rore nepotis, Epigramma.

**Q**Valiter in terras sumptis Cyllenius alis  
Desilit, & superum dum pia iussa capit.  
Somniferamq; manu virgam, calamosq; canoros  
Aptat, Aristoridæ dum ferit ense caput.  
Lumina permulxit vigilantia cuspide centum,  
Et docuit structis condere arundinibus.  
Qualis & alituum solus fugat ore leones  
Gallus, & erecto gutture summa petit.  
Intonat applauſu resupinoq; ardua collo  
Sydera suspectans, dat simul ore sonum.  
Solus & alituum tempus distinguit & horas,  
Hic vbi flammiferum, Cynthius vrget, opus.  
Tam vigil & fidus templorum vt parte receptus  
Sit summa, custos, curaq; fida domus.  
Hæc tibi quæ meriti multo sunt forte labore  
Reſtituunt, sera posteritate, tui

Allufio  
ad fabu-  
lam Na-  
jon. de  
Argo.

Belligerumq;

*Allusio* Belligerumq; tuis gestare insignibus Hermes,  
*ad gallū* Sunt meriti gallum ( munus Atlanciadæ )  
*qui est* Paciferumq; Deo ducum quod viribus Hermes  
*in armis*  
*Mercu* Sunt meriti nomem ( munus Atlancidæ )  
*rio dica* Vtq; Deus placido potuit firmare sopore,  
*ta avis.* Verbaq; mellifluo quæq; sonare melo.  
*Allusio* Hinc merito à claro quisquis clangore virorum  
*ad nome*  
*Herme* Is fuerit, tibi qui nomen habere dedit.  
*tis, quod* Exprimit hæc, volucrisq; suæ, Cyllenius, alis,  
*Mercu* Aptum insigne tibi rite tenere dedit.  
*rium a-*  
*pudGræ* Vis dicam breuiter fato cur nomen & arma,  
*cos signi* In te sic referant omnia Mercurium ?  
*ficat.* Quanta fuit forma & quanta est præstantia vocis,  
*Allusio* Qui meruit magni nuncius ire Iouis.  
*ad cognō* Quanta & Aristoridæ memoratur fama triumphi,  
*men*  
*Schal-* Quam vigil & verrit Martius ales humum.  
*lauzzer.* Vtq; idem excubitor noctis fidissimus vñus,  
Certa custodit sub statione, gregem  
Tam tuus est animus sublatus ad ardua semper,  
Consilio & vigili marte togaq; fide.  
Tam tua verborum placido facundia vultu,  
Nunc tenet Ambroseo saxa corda melo.

## In eadem insignia Claudij

P V T E A N I P A R R I S I E N N:  
GALLI CARMEN.

V T gallus varias tempus discernit in horas,  
Consilio sedas sic fera bella tuo.  
Viue igitur, gallumq; tuum fac robore firmes.  
Pennatas aquilas primus ut ille terat.  
Corporis atq; animi virtus præstantior ausa est,  
Talem armis gallum conciliaffe tuis.

D E

# DE GALLO IN EIS.

DEM ARMIS COLLOCATO ELEGIA,

Wolfgangio Lazio, Philosophiae ac Medicinalium Do-  
ctore, Cæs. Consil. & Historico, autore.

Gallus in armis exilium suum conqueritur.

**R**Vmpere qui sonitu tenebras & sydera possum,  
Inq; mea, regno non nisi victor, humo.  
Cur mea sit picta hac quæreris sub imagine forma,  
Gallus & expanso corpore cur fuerim.  
Hic positus, gentisq; armorum parte receptus,  
Forma ac alta tonans, cur mea picta manet?  
Scilicet ut fueram naturæ tractus amore,  
Et croceum Doctus ferre subinde diem.  
Illiū haud puduit bello, nec pace canorum,  
Vnquam nec vigilem deseruisse gregem.  
Quem nec gallorum turbæ potuere, nec vñus  
Vincere qui cunctos dicitur arte leo.  
Gallus eram, somnusq; meos laxarat ocellos,  
Et vaga nocturnos Luna ciebat equos.  
Primus eram alta tonans dominos qui clara docerer,  
Partaq; victri ci ferre trophæa manu.  
Hic vbi legiferam, vidit Bœotia, Spartam  
Turpia puluereo terga dedisse solo.  
Terg; sonum læto deduxi pectore, terg;  
Certatim nostro est præda relata sono.  
His accensa super pulsum Lacedemon ob omen  
Aduersum, patrio cogit abire solo.  
Dumq; procul patria gelido vigor exul in orbe,  
Inpediat nostrum ne ferus hostis iter.  
Et modo dum nocte sedem per littora cerno  
Terræ, ac est nostro penè retenta pede.  
Iupiter hæc vidit sortem miseratus iniquam,  
Sublimi abreptum cogit adire polum.

Chrono-  
graphia  
noctis.

Topo-  
graphia  
prælijæ  
Thucia-  
dide.

F      Tunc

Tunc ego felicem poteram & sine fine beatam  
Perpetua vitam lege tenere meam.

Syderaq; in cœlo fueram nitidissimus inter,

Me cito vox pepulit, sed mea clara polo.

Heu mihi quām vellem cantu caruisse sonoro

Nullaq; vītricis signa dedisse manus.

Cœlicolūmq; domos facundaq; verba perosus,

Quæ longi exilij causa fuere mei.

Tunc me per saltus, perq; inuia lustra viarum,

Præcipiti memini, dissiluisse fuga.

*Allusio ad autho* Donec in hac gente, & modo quæ pīcta arma tueris,

Rex pius Albertus iussit habere locum.

*rem ar- morum.* Nam quoniam vigiles, inquit, quas mente recordor

Semper adhunc curas, continuasse diem,

Cœlestesq; animos æternaq; facta recordor,

Charaq; defunctos nomina gentis auos.

Pectora quos memini sæpe obiectare periclis,

Pectora Achillea feruidiora manu.

*Allusio ad bellū ciuile tē pore ter rīj pride rici.* Tunc quoq; ciuili hic vbi scinditur Austria bello,

Pannonis innumeris Austria fracta malis.

Claruit hæc vītrix placida cum gente voluntas,

Canaq; non ficto fulsit in ore fides.

Hæc vbi dicta dedit, recubantem iussit in ista

Rex pius Albertus gente tenere locum.

Hinc eadem manet, vt fuerat vox, gente canora,

Pectoraq; imperitans nescia ferre iugum.

*Ex oui dio.* Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,

Excelsa intueor sydera solus ego.

Dumq; cano certo, distinguens tempora, tractu,

Tempora peruigili lapsa notata sono.

Garrulus exclamans me verto solis ad ortum,

Quam liqui repetens voce canorus opem.

Sunt eadem genti huic animoq; simillima virtus,

Quæ manet in nostrum tenipus adusq; suis.

Scilicet è placido veniunt quæq; ore canoro,

Vītricem ostendunt Martia verba manum.

Ars tamen heu manca est, umbrasq; effingit inanes,

Nec summi dotes hæc capit ingenij.

Quippe

Quippe animum inuidum, facundaq; pectora nullò  
 Nec tractu potuit pingere docta manus.  
 Cætera dum nequeant lingua Schallauczer auita,  
 Facundæ nomen vocis adesse docet.  
 Nam velut æthereum trahit hic vbi lucifer axem,  
 Et dubio apparent sydera rara polo:  
 Belliger extendens multo conamine pennas,  
 Dumq; opus instauro gallus, acuta sono.  
 Haud aliter vox clara animus conamine summus,  
 Verbaq; sunt vno nomine clausa tria.  
 Martius haud melius, multo quam sanguine cepit  
 Nomen ab vrbe suum, Coriolanus habet.  
 Dumq; pius vincit Penos quod gesta doceret,  
 Deuictæ nomen Scipio gentis habet.  
 Mirari hæc igitur, qui spætas signa viator,  
 Falsaq; liuenti desine felle loqui.  
 Belliger hæc Hermes meruit vel solus habere,  
 Hoc monstrat Prætor quod gerit officium.  
 Hinc tueor merito signa hæc, velut erigit ille  
 Voce bonos, cantu sic ego sterno malos.

Descri-  
 ptio tem-  
 poris ma-  
 tuerini.  
 Allusio  
 ad cōpo-  
 sitionem  
 cognomi-  
 num.  
 Ex tri-  
 b' Schal-  
 lauczer.  
 Compa-  
 ratiō co-  
 gnomi-  
 nis.  
 Apofiro  
 phe ad  
 viatore.

## Appendix eiusdem Lazij

POST QVATVOR LVSTRA DE MVNERIBUS ab eodem annis posterioribus feliciter gestis:

**P**Arua quidem fuerant prima si fronte videbis,  
 Quæ docti dulci tum cecinere sono.  
 Gessit in vrbe pius quondam cum prætor honorem;  
 Qui repetito & cum munere Consul erat.  
 Ampla quidem illa solent orbis seruare fauorem,  
 Quæ gerit ut quiuis gentis amore suæ.  
 At mage conspicuum est tibi, dignum laude perhenni;  
 Quæ patriæ præstas per tria lustra tuæ.  
 Mœnia dum munis nostra Architectus in vrbe,  
 Perpetuæ famæ ut sint monumenta tuæ,  
 Quæ generis nomen factiq; extendat in æuum,  
 Nomen & obscurum non sinat esse tuum.

# In eadem insignia Pauli Fa-

BRICII, MEDICI, CAESARIS, ET ARCHI-  
ducum Austriæ Mathematici, Epigramma.

**V**T tractat pugnax immania prælia Gallus,  
Vt vigil excubias pro grege Gallus agit.  
Nascentis sic nunc nobis occasio belli,  
Obijcit in media prælia pace tibi.  
Ergo urbem munis in bella ferocia nostram,  
Excubijsq; venit condere cura locum.  
Crede mihi dum stant tua stant in nomina muri  
Quæq; Viennenses, machina cingit, opes.  
Deleat hunc Gallumquod si ventura vetustas,  
Quem clypeo gestas nomine patris auem.  
Non sinet hæc ( quam tu condis ) strucitura perire  
Hæc tua tam vigilis, nomina clara, viri.

## ALIVD EIVSDEM.

**C**Redidit æternæ quondam sua nomina famæ  
Dædalus, Argui gloria magna soli.  
Quod bene Cretæam varijs ambagibus aulam,  
Implicitusq; vias quod Labirynthe tuas.  
Suntq; alij passim ( quos iam non nomino ) plures,  
Quos & adhuc claros, fama vetusta facit.  
Si benè quis nostro quæ tu nunc tempore præstas  
Specter, & ingenij si monumenta tui.  
Inclyta vieturæ non tantum nomina famæ,  
Clare Viennensis conditor vrbis habes.  
Sed vincis priscos, fama studijsq;, superbos  
( Iurètuum fiet nam tibi testis opus )  
Illud opus surgens augusta mole Vienna est,  
Pannoniæq; caput, Teutoniæq; decus.  
Ergo tuas quicunq; volet describere laudes,  
Et meritis famam conciliare tuis.

Ille suis

Ille suis stellis completo sydera cœlo  
Ingeret, & vanas in mare fundet aquas.  
Non opus est igitur præco verbosus ut ad sim,  
Res est ante oculos quæ facit ipsa fidem.

## Aliud in eadem arma, Ge.

ORGII MITKHERVCH I. V. DOCT.  
ordinarij institut. professoris.

IUpiter Austriacam cum vidi ab arce Viennam,  
Vexari à duris sæpe diuq; Getis.  
Continuò scandens geminata sedilia, cunctos  
Iussorat ad sese ritè venire Deos.  
Hic mora nulla fuit, cœlestis ritè senatus  
Cogitur, aspexit post pater ipse Deos.  
Quemuis Pannoniæ vestrum, Saturnius inquir,  
Curam ( nam fas est ) vrbishabere volo.  
Illa quòd ob claros quondam celebrata triumphos,  
Quòd fuit ob pulsos laude referta Getas.  
Hanc modò conspicitis spoliatam laude ferōcum,  
Turcarum vis quam, quam metus asper agit.  
Ergo consilio vestro seruare Viennam,  
Suppetijs vestrīs, præsidioq; decet.  
Dicite Pannoniæ quis firmet clara Viennæ  
Mœnia, quis tantum construet vrbis opus.  
Confestim ætherei, Schallauczer, sæpe senatus,  
Nominat Hermetem voce potente suum.  
Noster hic excubias, ait, insomnes ager Hermes,  
Hostica ne quando sit nocitura manus.  
Ille & ab hostili nostræ tutabitur vrbis  
Mœnia, opes, populum, pignora chara, iugo.  
Ergo vir egregie, exornas qui mœnia nostræ  
Vrbis, es ad tantum numine missus opus.  
Hos tibi significant insignia auita triumphos,  
Dum Gallus clypeo venit ab axe tuo.

Est operum monitor Gallus, certamine fortis,  
Augur & auroræ quæ latet ante diem.  
Hæc tibi cum patrio sint symbola parta labore,  
Mirificis ornas laudibus aucta tuis.  
Nam velut excubias, miramur nocte dieq;  
Martia sollicitas quas vigil ales agit.  
Non secus Austriaca miramur in vrbe labores,  
Tu quibus hanc patriam sæpe diuq; iuuas.  
Hanc tu ne quando curuum patiatur aratrum  
Munis, Carthago quo quoq; Troia ruit.

VITI IACOBAE I POETAE LAVREATI.  
**In Insignia Magnifici viri;**  
DOMINI HERMETIS SCHALLAVCZERI,  
Cæsarei Consiliarij, & munitionum Viennensium  
superattendenti, ad eundem Epigramma.

**S**I quis nobilium splendorem iactat auorum,  
Aut generis numerat stemmata longa sui.  
Tu merito iactas proauiti sanguinis ortus,  
Inclyte nobilibus nate SCHAVLAVCZER aus.  
Æmula dum turris celsis caput intulit atris,  
Dumq; Viennensis floruit vrbis honos:  
Magnifica viguere tui virtute parentes,  
Nominis insignes nobilitate tui.  
Qui propter grauium studia indefessa laborum,  
Cæsaribus magna quos obière fide:  
Cristato insignem meruerunt vertice Gallum,  
Qui vigil excubias voce sonante gerit.  
Magnanimusq; caput plaudentibus erigit alis,  
Atq; triumphali carmine victor ouat.  
Hunc statuere, sui custos qui stemmatis esset,  
Posteritas vigilans quo monitore foret.  
Susciperet dignos simili vt virtute labores,  
Exornans patriæ stemmata parta domus.

Talia ma-

Talia maiorum vestigia clara sequutus  
Es magnus fama, maior at ingenio.  
Cæsareæ floret tua maiestatis in aula,  
Quæ summos fugiet viuida fama rogos.  
Certatim dignis meritò te laudibus effert,  
Est quæ montanis cincta VIENNA iugis.  
Namq; sacro à Diuūm dum fers interprete nomen,  
Emulus Hermeti nomine reg; Deo.  
Austriacos vallant noua propugnacula muros,  
Astrag; saxosa mole VIENNA petit;  
Ingenio, studioq; tuo, magnog; labore,  
Inseruis patriæ dum vigilante fide.  
Et veluti placido si membra sopore quiescunt,  
Cum vaga fraterna Cynthia luce nitet:  
Cætera cum dulcem capiunt animalia somnum,  
Excubias, Phœbi nuntius ales, agit:  
Sic tua pro patriæ laribus vigilantia fidas  
Excubias magna dexteritate facit.  
Suscepitos vrget noctesq; diesq; labores,  
Et tua vix somnos mens operosa capit.  
Circuit, atq; operas lustrat vigilantior Argo,  
Austriacæ dignus crescat ut vrbis honos  
Non ira Marte satus Romanæ Romulus vrbis  
Munijt auspicijs moenia structa suis:  
Vt tu Pannonios fulcis munimine fines,  
Qui sunt Teutonicis anchora sacra focis.  
Dixeris hic montes insurgere montibus altos,  
Hosq; Gygantæas composuisse manus.  
Qui cum fontanæ promant scaturiginis vndas,  
Istos Parnassos dixeris esse nouos.  
Iure igitur vigilis gestas insignia Galli,  
Quæ decus antiquæ simplicitatis habent.  
Non sunt terribili facie phalerata Leonum  
Sed satis ingenio nobilitata tuo.  
Sæpius ad Galli cantum fugere Leones,  
Vis tanta & paruis gratia rebus inest.  
Macete labore tuo patriæ prodesse saluti,  
Laus tua cum patria namq; superstes erit.

ALIVD

ALIVD DIONISII  
PVCLERI MEDICINÆ ET PHI-  
losophiæ Baccalaurei.

QVis vigiles curas, tua quis preconia narreret?  
Hermes, præclaris annumerande viris.  
Magnificam celebri dum munis arte Viennam,  
Atq; studes patriam nobilitare tuam.  
Moliris magnos operum vigilando labores,  
Mœniaq; Austriaco Cæsare digna struis.  
In magna vigilas ceu custos strenuus vrbe,  
Insidijs vllus ne locus esse queat.  
Iure igitur vigilem gestas in stemmate Gallum,  
Splendor ab antiquis hic tibi venit aus.  
Hoc insigne tui, decus est non vile, laboris,  
Cum sis Austriaca Gallus in vrbe vigil.  
Ac velut aduersum Gallus cum vicerit hostem,  
Plaudit, & elata voce triumphat ouans.  
Inuidia quæcunq; tui sic turba laborat,  
Illa tuo solo nomine victa ruit.  
Et tua tunc nullum morietur fama per æuum,  
Officij stabunt dum monumenta tui.  
Sed meritos semper cantabit Gallus honores,  
Audiet hunc serus te celebrare nepos.

Aliud Epigramma Matthæi

CERVI PHILOSOPHIAE ET MEDI-  
cinæ Baccalaurei.

Militia quicunq; potens & pectore præstas,  
Noueris in Gallo militis officium.  
Præcauet insidias, & claro gutture prodit,  
Quando suo impendent proxima damna gregi.  
Voce cier bellum, cum vis inimica lacescit,  
Tentata pugna nec nisi victor abit.

Ac prius

Ac prius in ventos animam cum sanguine fundat,  
Quam timidam sit mens arripuisse fugam.  
Ergo suo cantu contristat corda Leonis,  
Miratur Galli fortia facta Leo.  
Dum sopita iacent quæuis animalia somno  
Sollicitas vigilat Gallus in excubias.  
Inde suis Gallum præfert insignibus Hermes,  
Symbola virtutis, symbola & ingenij.  
Hic vir enim multis alijs præstantior unus,  
Præripit hostiles, damna futura, dolos.  
Præcauet insidias Geticas, firmando Viennam  
Pro patria in patrio munere sollicitus.  
Cuncta ruant iustas quoties consurgit in iras,  
Et multis tanti pectoris ira nocet.  
Cætera turba cubat somno vinoq; sepulta,  
Ille sed insomnis nocte silente manet.  
Ipse igitur vigilat dum tu Germania dormis,  
In meriti gratas surge quieta vices.

IN INSIGNIA NO-  
BILIS AC CLARISSIMI VIRI D. HER-  
metis Schallauczeri Cæsarei Consiliarij & Architecti  
vigilantissimi Elegia Petri Pagani Wan-  
fridensis Poetæ.

VT viðo quondam nomen Coruinus ab hoste,  
Et retulit stirpi signa gerenda suæ.  
Coruus enim Galli quatiens pernicibus alis  
Lumina, vincendi caedis & author erat.  
Atq; alijs plures rebus fœliciter actis,  
Immortale sibi qui peperere decus.  
Fortia vel magnis onerando pectora curis,  
Digna vel herœa facta patranda Cheli.

G Hinc

Hinc quoq; res gestas insignia clara sequuntur,  
Humanum veluti mobilis umbra caput.  
Occisum coruine tibi sibi vendicat Hermes,  
Et meritò, gallum, sole probante, suum.  
Mille licet pingas volucres insignia mille,  
Aptior Hermeti nulla volucris erit.  
Nuncius ille Deum luxum somnumq; perosus,  
Circuit æthereos nocte dieq; polos.  
Semper amans curas oculato oculatior Argo,  
Exequitur summi iussa verenda Iouis.  
At gallus, dum grata quies animalia fulcit,  
Solus in excubis tempora voce notat.  
Primaq; dum rumpit torpentis vincula somni,  
Et medio gelidam prodit in axe Deam.  
Impiger incautos hortatur : at aurea cani  
Tithoni celeres cum vocat vxor equos.  
Præuenit Auroram cantu, somnoq; soluto  
Excitat assiduas ad sua texta nurus.  
Quos igitur paribus iunxit vigilancia curis  
Officio iunctos quis neget esse pari ?  
Conueniunt operæ, paribus quoq; præmia rebus  
Conueniunt, Hermes sit tua gallus auis.  
Qui pansis parmam crebro dum ventilat alis,  
Ingenium Domini facta refertq; sui.  
Nam curas nomenq; refers Hermetis, & Hermes  
Dicere terreni nomine req; Iouis  
Qui post tot vias vrbes peragrataq; regna  
Schallauzere nouo vincis honore patrem.  
Cuius cum longa numeres ab origine stirpem,  
Et tamen antiquis anteferendus auis  
Seu pietatis opus, fidei seu munera species,  
Quæ sunt Cæsaribus sæpe probata viris.  
Siue animi dotes, quales vix sancta decori  
Virgula Mercurij, vel Iouis aula fouer.  
Tantam operam molem solus tantosq; labores,  
Pro patriæ cura, nocte dieq; capis.  
Ut si forte suam Diuus, quam viderat urbem  
Cerneret, & viuas Maxmilianus aquas.

Miratus

Miratus montesq; nouos, scopulosq; reuulsos,  
    Damnaret sceptri tempora crassa sui.  
Hæc eadem ventura dehinc mirabitur ætas,  
    Ingenioq; nepos tutus ab hoste tuo.  
Nam neq; per uigilem pateris te vincere gallum,  
    Cuius naturam signaq; dignus habes.  
Dum stertunt alij, vigiles tu ducere curas  
    Pergis, & insomni plurima nocte geris.  
Condignos igitur retulit tibi Cæsar honores,  
    Præmiaq; Austriaci constitueré Duces.  
Dignus es Austriacæ dici regionis alumnus,  
    Dignus Nelidæ viuere sæcla senis.  
Ut præclara tuo surgat feroce Vienna,  
    Tutior immanes iam fugitura Getas.  
Perge modò & cæptos voto felice labores  
    Perfice, virtuti dignus habetur honos.  
Quæ licet inuidiæ telis phylthroq; petatur,  
    Attamen inuictas exerit usq; manus.  
Hac Duce viuus eris, hæc toller ad æthera nomen  
    Schalauczere, pijs grata patrona, tuum.

GASPARIS CRO-  
PACII PELSNENSIS POETAE LAVREATI,  
IN INSIGNIA EIVSDEM, EPIGRAMMA.

Omnia sub terras æquali lege feruntur,  
    Virtus post cineres viuida sola manet.  
Quæ tibi vietiuros olim decernet honores  
    Schalauczere decus stirpis, honosq; tuæ.  
Mortua dum rigido putrescent membra sepulchro,  
    A sera nomen posteritate trahes.  
Ergo quod inuisam pharetratis hostibus urbem  
    Extruis, & tutam non sine laude facis.  
Ut vires Scythici spernat secura Tyranni,  
    Nec timeat vanas clara Vienna minas.

G 2 Ne consue-

Ne consueta prius sceleratos vincere **Turcas**,  
Subdat inasuero nunc sua colla iugo.  
**Hæc quoque virtutis seri monumenta nepotes,**  
Dum cernent Clypeos condecorare tuos:  
Sæpe labore decus repetent in imagine partum,  
Materiam mentis vis generosa dabit.  
Nam velut expansis lucis prænuncius alis  
Excubias vigili lumine Gallus agit:  
Sic tua Cristato decorans insignia Gallo,  
Cum patriæ curam, ne superetur, habes:  
Quis te præclaros perpendens mente labores,  
Virtutis merito signa referre neget?  
Nam vigili similes exerces pectore curas,  
Dignus Nestoreos continuare dies.  
Siue iubet primos veniens aurora sub ortus,  
Excitat ingenium cura laborq tuum.  
Siue per obscuram pallentia cornua noctem  
Ostentans, madidam Cynthia spectet humum:  
Excudit offusæ tibi somnia grata quietis,  
Quam versas animo vis operosa tuo.  
Id tamen haud nimium lucridulcedine captus,  
Sed benè, virtutis victus amore, facis.  
Res loquitur, veniensque satis testabitur ætas,  
Gratia quæ vigili sit referenda viro.  
Et licet inuidiae stimulus patiare, ferendum est,  
Mox veniet meritis æquior aura tuis.  
Tu benè de patria nunquam desiste mereri,  
Sic tibi victurus carmine surget honor.  
**Extructosque aliquis perlustrans aduena muros,**  
Laudabit clare nobile mentis opus.  
Artificumque manus, molesque stupescer ad altas,  
Instinctu recolens moenia structa tuo.  
Singula laudabit, nil non laudabile cernens,  
Materiam laudis singula visa dabunt.  
Vnde tuo generi decus immortale parasti,  
Fama tui seræ nescia mortis erit.

In

In Magnifici viri D. HER-  
METIS SCHALLAVCZERI, CÆSARIS  
FERDINANDI CONSILIARI, ET AR-  
CHITECTVRAE PRAEFECTI SV-  
PREMI, EFFIGIEM ET  
INSIGNIA.



M. Hieronymus Lauterbachius  
Mathematum professor ordinarius.

Ingenio patriæ quisquis prodeſſe laborat,  
Atq; illam auxilio confilioq; iuuat.  
Æternam meritò famam laudemq; meretur,  
Ut fugiant auidos nomina digna rogos.  
Inde Schalauczerus fama dignissimus olim,  
Dicatur patrij lausq; decusq; soli.  
Clara Viena quidem ſemper reſtabitur iſtud,  
Illiſus hæc cura tuta quod eſſe poteſt.  
Illiſus hinc opera tot propugnacula crescunt,  
Archimedæ quæ ſtruit artis ope.  
Quin etiam hoc iſum reſtabitur Austria diues,  
Quam latè Archiduces ditia regna tenent.  
Quod patriam docta vigilans muniuerit arte,  
Incurſus contra Barbare Turca tuos.  
Non ætas igitur nec edax abolere veruſtas,  
Tam digni poterit nomina clara viri.  
Conueniunt etiam clypeo quæ ſymbola geſtat  
Rebus, & hoc olim nomine clarus erit.  
Gallus nec pugnax nec quo vigilantior ales,  
Nec quo maiori robore corda gerit.  
Significat curam ſtudijs vigilantibus aptam,  
Vnde Schalauczero fama perennis erit.

G 3 In effigiem

# In effigiem & insignia D.

HERMETIS SCHALLAVCZERI,

CARMEN IONAE HERMANNI GORLI-  
censis, Poetæ Laureati.



HAC Schallauczeri veros in imagine vultus,  
Sed non ingenij maxima dona vides.  
Qua non stirps habitat præstantior vlla Viennam,  
Nullaque tot veteres commemorabit auos.  
Conuenit ingenio diuinum nomen, & omen  
Virtutis referunt arma paterna suæ  
Nam varias Hermes terræ ceu missus in oras  
Fingitur, & summi nuncius esse Iouis:  
Sic etiam Europæ per plurima regna, per vrbes,  
Instinctu iuuenis mittitur ille Dei.  
Vnde Vienna tuam postquam repetiuerat urbem  
Contulit imperio commoda mille tuo.  
Officio primum Prætoris funditus honeste  
Consulis & merito dignus honore fuit.  
Orba sed vt muris, & patria turribus esset  
Austriacas Turca depopulante domus,  
Ostendit Regi normamque modumque Quiritum,  
Muniri melius qua ratione queat.  
Posset vt ingentes ærati fulminis iactus,  
Atque graues hostis sustinuisse minas.  
Moenia néue ruant, suffossis arte cauernis,  
Vsus in obfessa qua prius vrbe fuit:  
Condidit immensa noua propugnacula molis,  
Quæ propè iam viuæ fontis habentur aquæ.  
Ergo quod insultus Getici munita Tyranni  
Spernit, & est muris tuta Vienna nouis.  
Schallauczere decus patriæ lux vnica gentis,  
Conuenit hæc meritis gloria sola tuis.

Dumque,

Dumq; nec à curis victus nec mole laborum,  
Impositum vigili mente tueris onus.  
Non secus ac noctis prænuncius ales & ortus,  
Excubias patrio pro grege semper agis.  
Iure tenes igitur, proauita insignia, gallum,  
Ingenium Domini qui canit vñq; sui.  
Perge, precor, studio patriam iuuisse sagaci,  
Hostibus incutiant moenia visa metum.  
Dum videt, & Diuus Cæsar probat ipse labores,  
Rexq; tuam, laudant Archiducesq; fidem.  
Probra quid, & solidæ curas conuitia plebis,  
Mordaci virtus non caret inuidia.

## Aliud in eadem insignia,

NOBILI EITTEL IOANNE  
AB ALTHAN AVTHORE.

EST auis alipotens aquilæq; simillima Gallus,  
Extra quam primas vendicat iste sibi.  
Hunc etenim diuina ducem natura creauit:  
Imponens capiti regia signa suo.  
Huius & indomiti torrentur voce Leones,  
Atq; sui generis deuenerantur aues.  
Hic solio solus regniq; potitur honore,  
Publica prosequitur commoda, damna cauer.  
Pro gallinarum rapido cum vultere, sæua  
Et serpente frequens, bella salute gerit.  
Assiduo cœli radiantia perspicit astra  
Quiq; foret rerum colligit inde status.  
Tristia prædicit, si quando pericula cernit,  
Et strepitu alarum, Martis ad arma vocat.

Impiger Herculeo non frangitur ense nec armis,  
Sed quacunq; suos protegit, arte potest.  
Plurima pars hominum somno dum stertit, Alector  
Excubias tota nocte fidelis agit.  
It cubitum Antipodum flauus cum tangit Apollo,  
Cumq; eadem refugit tecta, resurgit aus.  
Excipit auricomam resonanti voce puellam,  
Et iuber à somno surgere quosq; graui.  
Hæc ego perpendens clypeo quid inesset auito  
Schaulauczere tuo, Gallus, & vnde scio.  
Scilicet hic animi curas, quas sustinet Hermes  
Ardenti patriæ captus amore refert.  
Nam licet eius erat teneris studiosus ab annis  
Nunc tamen est maior, tempore, summus crit.  
Consilijs ornat Ferdnandi Cæsaris aulam,  
Atq; Ædilitium nobile munus agit.  
Herculeis offert se sponte laboribus, ipsi  
Dummodò sit patriæ parta labore salus.  
Cogitur insomnis multas traducere noctes,  
Vicini metuens omnia dira mali.  
Ille velut sapiens venturas nauta procellas  
Prospicit, in portum ducit agitq; nauem.  
Saxa sub abruptis extorquens montibus hirta,  
Mœnia barbarico digna furore struit.  
In primisq; Deum, sine quo custodia nullas  
Vt nouit vires, sære precatur, habet.  
Vt regat hanc forti brachio nec deserat urbem,  
Et sit ab hostili tuta Vienna grege.  
Hunc igitur propriæ, Pylios, virtutis ad annos  
Signa geras clypeum, vir generose precor.  
Et tibi digna tuis contingent præmia factis,  
Et post ipsa tuus, funera viuat honor.

In eadem

In eadem arma Ioannis Püh-  
LERI MVSICI CAESAREI,  
EPIGRAMMA.

**S**i quis habet claris insignia culta figuris,  
Numinis auspicio cuncta regentis habet.  
**A**rma quod Hermetis referunt præsentia, largo  
Qui Schallauczericum ditat honore genus:  
Quid cristatus enim Gallus designat in armis:  
Annè, præcor, causis res caret ista suis?  
Non caret: ut cubitor tempus distinguit & horas,  
Et vigilem curam pro grege gallus agit:  
Sic quoq; sydereis Hermes virtutibus aucte,  
Pro patria curam sedulus vrbe geris.  
Dum suades vasti firmentur ut aggere muri,  
Hic vbi stat Bromio cincta Vienna patre.  
Quam Scythici dudum cœpisset bestia campi,  
Hoc tamen ingenio tu remorare tuo.  
Viue igitur fœlix, istis insignibus aucte,  
Quæ sunt ingenij præmia digna tui.  
Laus tua per totum spargetur viuida mundum,  
Excubias donec pro grege Gallus aget.

F I N I S.



Sperandum est donec meliora ferentibus astris  
Sicut compos voti spes animosa sui.



